


DISSE<sup>T</sup>RATI<sup>O</sup> THEOLOGICA,  
DE  
**SENSU SCRIPTURÆ.**  
LITERALI,  
VERÆ NOTITIÆ THEOLOGICÆ  
IN IRREGENITIS  
**P R I N C I P I O:**

*quam*  
PRÆSIDE  
*summe reverendo domino*  
**S A M U E L E S C H E L G U I G I O,**  
Doctore Theologo ac Professore P. nec non Athenæi  
Gedanensis Rectore, & ad SS. Trinitatis Pastore undiquaq;  
celeberrimo, ac de Ecclesia universa Christi apprimè merito,  
PRÆCEPTORE SVO  
*observantissime colendo,*  
Ductu  
**VENERABILIS PARENTIS,**  
*in auditorio maximo*  
**DIE XXXI. JULII, A. M. DCC. X.**  
*Horis consuetis*

AD VERITATIS COELESTIS DEFENSIONEM,  
*publicè proponet*

b. I. diss. A STIANUS BERNHARDUS BÜCHER, Ged.  
S. 6, 25 ANI, Typis JOHANNIS ZACHARIÆ STOLLII,  
diff. A. 216. (15) A THEN. TYPOGR. 


DEO  
ET  
PATRIÆ  
PATRIBUS



I. N. f.

## P RÆFAT I O.

## I.



Octrina de notitiâ Theologicâ irregenitorum ad articulum de Gratia & Libero Arbitrio pertinet, cuius difficultatem jam suo tempore agnovit *Augustinus*, cùm contra Pelagium ejusq; discipulos disputaret, apertè professus *questiones illas difficillimas esse, & paucis intelligibiles*, Ep. 46. Et in L. de gratiâ Christi c. 47. scribit: *Ita difficilem esse questionem ad discernendum, ubi de libero arbitrio & gratia disputatur, ut, quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur; quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri.* Enimvero idem Theologis de ejusmodi controversiis in utramque partem disputantibus, usu venire solet (observante *Basilio*, Ep. 4.) quod hortulanis, quando incurvum tenelle arboris statum corrigere student, ut nimiâ attratione in alteram partem peccent; aut, quod in arte medendi Hippocrates queritur (cujus verba D. Harbartus, Lipsiensis Theologus non incelebris, in *Capit. Doctr. Thes. de L. A. p. 146. allegavit*) *difficilem esse curationem, quando simul contrarie morbis occurrendum est.* Sic etiam in his controversiis facilis lapsus est ex una parte in Pelagii errores; ex altera in Enthusiasmum, ut mirum non sit, si *ex orthodoxis quoq; cum idem sentiunt, non eodem semper modo loqui videantur, dum unus illam, alter hanc heresin sibi oppugnandam proponit.* Linde

A

(ab

(ab adversariis) firgantur cīliācīas, & moveantur certamina  
NON NECESSARIA, id quod Magnus Chemnitius Art. de  
*Lib. Arb. c. 7.* in Theologis, contra Pontificios, Synergistas &  
Osiandristas eo tempore pugnantibus, notavit.

**II.** Quamobrem jam inde ab initio istarum disputatio-  
num, ab augustissimo Patre aurea tradita fuit observatio L. 1.  
*contr Julianum c. 2.* Pelagianis nondum litigantibus Patres se-  
curius locuti sunt. Quam D. Balth. Meisnerus illustrat exem-  
plo *controversiae cum Nestorio*, ante cujus turbulentia certa-  
mina Nyssenus & Athanasius carnem Christi vocarunt θεό-  
Φοργν, θεοδόχον, quas voces in hoc hæretico damnavit Eccle-  
sia; & *cum Eutychē*, quo nondum litigante quidam dixerent,  
*unionem personalem factam κατ' ὄπισθιαν*, verbumq; carni per-  
mixium. Sic Justinus *unionem personalem primum* vocavit  
*ευάφειαν* quasi ferruminationem & juncturam: item γέ σύζευξιν  
*copulationem* & *connexionem*, quibus vocibus postmodum abu-  
sus est Nestorius. Idem alii contigit, quod securius locuti fue-  
rint, quamdiu nullos babuere adversarios. Mens quidem or-  
thodoxa fuit, sed lingua liberior, ut de illis dici possit, quod  
Scaliger de antiquis Philosophis; quod bene senserunt, male  
sunt elocuti. Hoc ipsum quoq; Lutherò evenisse deprehendi-  
mus — qui ante certamen Flacianum durius scripsit de pec-  
cato, quod ipsa sit natura hominis, quod haec nihil aliud posse,  
quam peccare, unde postmodum Flaciani erroris sui quæsiverunt  
patrocinium, cùm tamen Lutherus omne inter substantiam &  
peccatum substantia inhærens discriminem minimè sustulerit. Ha-  
ctenus Meisnerus Anthropol. Dec. III. disp. 23. §. 66.

**III.** Quod si itaque Theologorum priscorum tam mani-  
festa est dissensio, ut *conciliationem* salva fidei analogia non  
admittat, satius est sequi consilium, quod contra Synergi-  
stas, autoritatem Philippi Melanchthonis, qua etiam in hac ma-  
teria Novatores nostri abutuntur, allegantes, in *Examine or-  
dinans-*

dinandorum P. 3. p. 24. cordatus, & inter autores F. C. celeberrimus Theologus D. Selneccerus consensu ejusdem Augustini & Scholasticorum autoritati patrum plus nimis plerumque tribuentium communivit. Constat, inquiens, scholasticos doctores, cum quid in Magistro sententiarum legerunt, quod probare in universum non posuerunt, annotasse suam sententiam, & scripsisse: Hic magister non tenetur: id quod absque omni acerbitate & ignominia fecerunt. Et nota est vox Augustini: Non quorumlibet disputationes, quamvis Catholicorum & laudatissimorum hominum, velut Scripturas Canonicas habere debemus, ut nobis non liceat, salva honorificentia, quae illis debetur, aliquid ex illorum scripturis improbare, si forte invenerimus, quod alter senserint, quam veritas habet, divino adjutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis. Talis ego sum in scripturis aliorum, quales ego volo esse intellectores meorum. Item: Ego non teneor autoritate Cypriani, quia literas ejus non ut Canonicas habeo, sed ejus scripta ex Canonicis considero, & quod in eis divinarum scripturarum autoritati congruit, cum laude ejus accipio, quod autem non congruit, cum pace ejus responso. c. Hac monemus, ut etiam hoc loco idem sentiamus. Autoritas Philippi merito est magna apud optimos quosque. Sed anomaliam, quae controversias multas peperit, cum agnoscimus & videmus, merito sepelimus. Ita de Præceptore Discipulus. Evidem justo saepe Dei judicio fieri videmus, ut cum de autoritate humana nimis litigatur, altercando divinæ autoritatis amittatur veritas, & semina infinitarum quæstionum, imo & novarum hæresium aliorumque zizaniorum, per agrum Domini, spargantur copiosissima.

A 2

IV. Id

IV. Id quod hoc tempore tristissima testatur experientia, in controversiis, quas *pietatis praetextu* orthodoxis movent Novatores, cum primis, in disputatione de THEOLOGIA IRREGENTORUM satis intricata, multoque difficultima. Operæ pretium est, in antecessum notare disputandi, quam sequuntur methodum, ut ex ungue Leonem. Primo ex *ratiunculis quibusdam* à conditione naturali sermonis humani petitis ostendunt, *dari in Scriptura sensum aliquem merè literalem, qui à sensu Spiritus S. virtute & effectu differat.* Tam lubrico fundamento innititur distinctio inter *notitiam Theologicam merè literalem*, ex litera Scripturæ haustam, & *spiritualem seu vivam* à Spiritu animatam: & cum ne iota quidem verbi divini possint ad eam defendendam afferre, testimonia Theologorum ingenti numero & magno labore comportant. Illâ vero distinctione deinceps explicant omnia dicta Scripturæ, quæ Novatuirientibus opponuntur. At de *dissensu Theologorum* tacent, quem tamen ignorare non possunt. Sunt enim, qui *geminam docent conversionem; primam irregenitorum*, qui sunt extra Ecclesiam & à Paulo vocantur *ψυχικοί, naturales homines, alieni à rep. Israelis, & extranei à testamentis promissionis:* Secundam hypocitarum in Ecclesiâ, qui in communione fœderis baptismalis admissi, verbum Dei habent, audiunt, meditantur, & à puerō in doctrinis catecheticis informati, eas intelligunt: quod *irregenitorum discrimen* ipse Apostolus haud perfunctoriè inculcat **I. Cor. II. 14. Eph. II. 11. 12. 19. Gal. II. 15.** *Ilos* communibus suffragiis statuunt Novates, nihil habere virium propriarum, quibus mysteria fidei capere vel ad sui conversionem quicquam operari, aut Spiritui S. cooperari possint. De his autem dissentunt, & alii quidem, illius *geminæ conversionis*, quam ipsi tradunt & explicant, prope modum immemores, etiam hypocritis in Ecclesia educatis omnes vires supernaturales denegant: Alii plus conce-

concedunt quām analogia fidei permittit, dum eos in *secunda conversione* Spiritus S. οὐνεγγοὺς faciunt. Alii mediā incidunt viā, & vires quidem supernaturales iis ex fœdere gratiæ & institutione Christiana supereesse concedunt, attamen negant, aut saltem dubitant, hos (quos nonnulli *privativè irregenitos*, uti illos *negativè tales* nuncupant) per vires illas gratiæ quicquam ad sui conversionem cooperari. Nominibus celeberrimis parcimus, non tamen dissimulaturi, si proferre cogamur. Hæc omnia non ignota sunt nostris Adversariis, sed ne causæ suæ patrocinium amittant, omni studio celant. At verò quando nos etiam ad *Consensum Orthodoxum* provocamus, præcipue in doctrina de diversis gradibus gratiæ prævenientis, Novatores *distinctionem inter gratiam assisterem & inhabitantem*, (quæ si accuratè loqui velimus, non ad primam merè animaliam hominum, sed ad *secundam conversionem* hypocitarum eorumq; renovationem pertinet) ve-  
lут *QUINQUAGENARIAM* rident, exagitant, explodunt & velut *monstrum aliquod Africae* exhorrent. Ut itaque horum Hominum fraudes detegamus, instituta est hæc de *principio notitia Theologicæ irregenitorum* disputatio, quod partim Scriptura ejusque *sensus literalis*, partim *gratia Spiritus Sancti in actu operationis* est. Sed ne nimium ex crescet opera, de primo principio tantum agemus, & cum in mari tam naufrago inter scopulos difficillima & periculosissima fit navigatio, summum Navarchum humillimis imploramus precibus, ut Sancto suæ gratiæ Flamine naviculam laborantem ad gloriæ suæ ac veritatis portum dirigere, & suis donis coronare clementissimè velit.

## PROPOSITIO PRIMA.

Non datur Scripturæ Sacræ sensus & vis nudè literalis merèque naturalis, à sensu literali, qui simul spiritualis & supernaturalis sit, virtute & effectu diversus.

## I.



Onqueruntur Dissentientes de injuria, quod ipsis tribuamus sententiam contrariam, quæ geminum Scripturæ sensum, geminam veritatem, aliam literalem & aliam spiritualem, geminam virtutem naturalem & supernaturalem singat: cùm non duplex verbum, sed duplēcē & diversum doceant verbi conceptum, apprebensionem & notitiam, literalem, naturalem & mortuam in irregenito, vivam, spiritualem & supernaturalem in regenito. Esse in utroque diversos verbi effectus, prout illud vel admittat vel contemnat homo, aut tantum externo & literali verbi sensu contentus sit. Irregenitum solam literam sine spiritu, & quod in verbo naturale est; Regenitum etiam Spiritum, & virtutem verbi supernaturalem capere: illum doctrinam tantum externam; hunc quoque internam habere gratiam Dn. D. Spen. Præf. in R. R. n. 8. Dn. Köpk. in Rath. Red. præf. n. 11. p. 13. 14. q. 2. §. 19. p. 55. q. 3. n. 22. p. 61, 63. Dn. D. Zirold Synops Verit. art. 3. t. 1. p. 201.—203. Unterscheid der wahr- und falschen Theol. c. 4. n. 13. p. 84.

II. At ex iis, jam quæ citata sunt, patet imputationis veritas. Geminum comminiscuntur verbum Dei revelatum, quod pro mero divini sensus signo habent, (Köpk. tamen R. R. cap. I. quæstion. I. videtur concedere, signum non esse mere significativum, sed etiam sensus divini exhibitivum, vid. p. 34. 50.) externum aliud, & aliud internum. Ad EXTERNUM referunt (i.) materiale scripturæ, literas, syllabas, verba, phrases, sonum externum verbi prædicati, corticem externum verbi. D. Spen. Übereinstimmung Art. 4. prælim. tb. 13. n. 1. tb. 1. n. 2. tb. 7. Köpk.

Kipk. R. R. præf. n. II. p. 13. (2) Sensum literalem, (quem à sensu Spiritus S. distingvunt) beneficio Lexici & artis hermeneuticæ eruendum. Spen. l. c. th. 3. p. 53. D. Petersens Geheimniß s. Bosheit. p. III. 113. (3) Veritatem literalem, & mysteria ipsa, seu articulos fidei eorumque analogiam literalem, secundum externam descriptionem. Spen. Lebens Pflicht. P. I. p. 446. Übereinst. l. c. A. l. th. 7. n. 4. p. 11. 12. Zirold. Synops. p. 122. 140. 141. (3) Lumen primi articuli Spen. c. Unfug p. 101. (4) Vim naturalem objectivè & moraliter movendi, & res sacras intellectui idealiter repræsentandi, & uno verbo omne id, quod verbum Dei & Scriptura S. cum scriptis humanis, NB. etiam Ethnicorum, commune habet. Spen. in Resp. ad literas Dn. D. Schelguig. in hujus litterat. qu. I. p. 71. 72. c. Unfug p. 102. Präf. Billige Antwort c. 2. B. Präf. R. R. n. 8. Ubfertig. D. Schelg. c. 2. §. 54. p. 83. c. 5. p. 100. Köpken R. R. c. 2. q. 8. n. 24. & p. 61. Zirold Untersch. c. 4. p. 61. 67. 78. (6) Literam in oppositione ad Spiritum. Spen. thätig Christenth. Dom. XIV. Trinit. Exord. ad 2. Cor. III. 6. (quam tamen hujus loci expositionem fatetur, non esse textui analogam) Köpk. R. R. præf. 2. n. 10. 11. p. 12. 13. & p. 51. 55. Zirold. Untersch. c. 4. §. 7 p. 62. Synops. p. 123. 209. (7) Doctrinam externam in oppositione ad gratiam & inspirationem divinam. Zirold. Syn. Dissert. Proem. n. 21. p. 41. Art. 1. p. 135. 136. (8) Verbum mentale aut species mentis impressas, & verbum auditus, quod in irregenitis naturale & naturaliter verum, cadaver & litera mortua est, in oppositione ad verbum internum ac vivum regenitorum. Zirold. Syn. Art. 1. p. 118. 122. (9) parabolam in oppositione ad mysterium regni cœlestis l. c. p. 202. 203. Idem vero verbum JESU Christi, verbum externum vocat Zirold. quod impii habent, vitam in se non habentes. Art. 3. th. 4. p. 209. (Ergo nec verbum JESU Christi in impi habet vitam) Literam male haberi pro solatio, & duplicem esse habitudinem evangelii ad conversionem & fidem: Unam sermonis, aliam virtutis & spiritus cum sermone Evangelii concurrentis, docet l. c. Art. 3. th. 6. & literam ut creaturam Deo creatori & infinitæ ejus virtuti opponit c. 4. §. 13. INTERNO autem VERBO sensum à Spiritu

ritu S. intentum, seu spiritum in oppositione ad literam, & ea quæ sunt Spiritus Dei, internam virtutem regenerandi, illuminandi & convertendi, præterea lumen tertii articuli, internam Dei vocem, internam gratiam & solatia, vitam & vim vivificam assignant, ut ex locis citatis patet. Hinc argumentor:

“ Quicunqb docent verbum externum, quod ipsi verbum Dei,  
 “ verbum JEsu & Spiritus S. vocant, quod *impium* capere posse,  
 “ ejusqb verbum mentale esse statuunt, ab interno & quod est  
 “ in mente regenitorum, præcipue Prophetarum & Apostolorum  
 “ differre, ut verbum Dei impropriè dictum à Dei verbo pro-  
 “ priè dicto, ut naturale à supernaturali, ut doctrinam ex-  
 “ ternam ab interna gratia, & inspiratione, ut veritatem se-  
 “ cundum *externam descriptionem*, ab iis, quæ sunt Spiritus Dei;  
 “ ut sensum Grammaticum, & sensum hominis à sensu Spi-  
 “ ritus Sancti; ut verbum, quod tantum vim naturalem ha-  
 “ bet, objectivè & moraliter movendi, ab eo, quod virtu-  
 “ te divinâ & supernaturali præditum est effective operandi:  
 “ ut literam mortuam & quæ merum cadaver est, à vivo Dei  
 “ verbo, & quod Spiritus est; ut lumen primi à lumine ter-  
 “ tii Articuli; illi inter verbum Dei externum, quod capit  
 “ impius, & verbum Dei internum, quod est in pii ac rege-  
 “ niti conceptu, essentiale discrimen statuunt. Item:  
 “ Quicunque (1) docent, aliam esse veritatem secundum  
 “ *externam descriptionem*, quam *veritatem literalem* vocant,  
 “ & lumini divino, cuius capax non est impius, opponunt,  
 “ & aliam secundum internam virtutem. (2) Literam ut  
 “ creaturam, ex quâ solatium Spiritus Sancti supernaturale  
 “ non est, Deo ut creatori opponunt. (3) Duplicem habi-  
 “ tudinem esse Evangelii affirmant ad fidem & conversionem,  
 “ unam sermonis alteram virtutis Divinæ concurrentis.  
 “ (4) distingvunt inter Analogiam fidei, secundum *externam*  
 “ *descriptionem* & res seu veritates spirituales inter se com-  
 “ paratas; inter veritatem verbi Divini, quam intelligit re-  
 “ genitus, & inter veritatem merè literalem, quam impius  
 “ sine lumine Spiritus S. capit; inter veritatem efficacem &  
 “ quæ est sine Spiritu & *cregysia*; illi necessè habent, non tan-  
 “ tum

tum in notitia regeniti & irregeniti, sed in ipso verbo Dei “  
geminam veritatem, & geminum verborum sensum, ge- “  
minam doctrinam & utriusq; diversam indolem ac virtu- “  
tem agnoscere.”

III. Quod autem illi magno studio dissimulant, apertè fa-  
tetur BARBARUS, (qua appellatione sine ulla injuria, ex ea-  
dem ratione, qua nos *barbaros* & *tribarbaros* vocat, quod pe-  
regrinam doctrinam in Ecclesiam invehere laborat, etiam distinctio-  
nis gratia, ne confundatur cum *Cognomine*, significamus, An-  
ti-Barbari, virulentissimi scripti, Autorem) Tom. i Sect. i. Pro-  
pos. 1. membr. 1. § 2. Datur Scripturæ sensus ac vis nude literalis  
mereq; naturalis (quem sensum Grammaticum vocat, & Gram-  
matico-Logicum, sub qua etiam Rhetoricum comprehendit). Da-  
tur etiam sensus literalis, qui simul est supernaturalis ac spiritualis,  
sive, è concurso Dei supernaturali, spiritu ac virtute fœcundus, nudè  
literali longè excellentior, in illis præcipue rebus, quæ sunt mere spi-  
rituales, arg; ad Christianismi praxin & interiora pertinent. Et ta-  
men T. 5. Unmerkungen p. 110. scribit: *Sensum Scripturæ non esse*  
*duplicem, sed unum: Scripturam esse considerandam, non tantum ut*  
*librum, cuius signa naturalem significationem cum omnibus aliis libris*  
*humanis communem habeant, & tam hanc quam illa indicent; sed*  
*ut librum, cum cuius signis PER SE Dei supernaturalis sensus, Spi-*  
*ritus & virtus, ad conversionem & sanctificationem hominum unita*  
*sunt. Mox p. 32. ait: Alium scripturæ sensum esse literalem, quem*  
*irregenitus pro non stulto, imo docto, grato & eleganti, & alium sen-*  
*suum spiritualem, quem utpote Φονίουλι carnis necando ingratum,*  
*judicat rem stultam Quæ quomodo sine contradictione co-*  
*hæreant, ipse viderit. Iis certè, qui mentis compotes sunt,*  
*nunquam persuadebit, hoc unum idemque verbum DEI*  
*esse, quod à se ipso signis, significatione, sensu & effectis*  
*realiter, imo essentialiter differt. Quæ tamen ut rectius*  
*intelligantur, describam integra verba cognominis Dn. D.*  
*Langii Instit. pastor. p. 263. UBINAM EST CORTEX LITE-  
RALIS? Literalis cortex est in signis illis externis, quæ DEUS*  
*nobiscum per signa nota acturus, ex communi foro & ore hominum*

B

adsum-

adsumsit, ut sunt lingua, phrases, voces &c. Hac suam virtutem significandi habent ex arbitrio auctorum linguae Ebraeæ, Graecæ &c. atque, quem generant sensum, is NON NISI naturalis & grammaticus est, menti legentis vel audientis sistens per naturales notiones, quid significare voluerit ille, qui hisce signis ordinariis, & ex foro communi de promis fuerat usus. Unde verbum Dei, non QUATENUS VERBUM DEI EST, illi percipiunt, qui nihil propter illas-naturales linguae & literæ vires sentiunt. ANNON (autem) ILLE VERUS EST SENSUS, QUEM LITERA IN MENTE HOMINIS GIGNIT? Est in TANTUM sensus verus, in quantum in mente hominis sicut conceptus & ideas, per quas Deus, quid a nobis requirat, tanquam per signa ordinaria voluit interpretari, eo planè modo, quo alicui per manum artificis potest genuina & vera imago alicujus hominis, urbis aut regionis sicut arque communicari: Enimvero qui putant se propter illum verum sensum Grammaticum, jam ipsum DEI verbum, quatenus verum & vivum Dei verbum est, habere, isti aequè absurdii & miserè decepti sunt, ac si quis veleret, ob veritatem & perfectionem imaginis aut picturæ acceptæ, sibi & aliis persuadere, se non tam veram picturam, quam ipsum potius hominem depictum, ipsam urbem, ipsam regionem &c. possidere.

IV. Dum vero provocant ad consensum Theologorum orthodoxorum, ante omnia observandum est, distinctionem illam inter LITERAM ET SPIRITUM usurpari vel in sensu Biblico, vel Ecclesiastico, vel Fanatico. In SENSO BIBLICO Litera dicitur Lex, & Spiritus Evangelium, 2. Cor. III. 6. Rom. II. 27. Ubi Lutherus in gloss. margin. & Spenerus cum eo in Paraphras literam exponit de circumcisione externa, seu de opere legis, quod per naturæ vires, sine gratia Spiritus Sancti, perfici potest; spiritum de circumcisione spirituali, seu opere gratiae, quod Spiritus Sanctus per Evangelium in nobis operatur. At inepta est hujus dicti Apostolici interpretatio, quam Zirold. Analog. Fid. in Rom II. 27. affert: Paulus ex hypothesi abutentium, qui eam tanquam à Christi Spiritu separatam sibi applicant, Scripturam vocat literam, quo pertinet omne opus operatum, ut vocant. Ex vero autem & salutari ejus usu spiritum eum appellat. Hic nulla fit

fit mentio abusus aut separati à litera spiritus, sed Paulus per *circumcisōnem in litem externam actionem*, qua p̄æputium amittitur, à Lege p̄æceptam; & per *circumcisōnem in spiritu spiritualem cordis renovationem* in Evangelio promissam, & per illud productam intelligit. Fundatur ergo hæc distinctio apostolica non in eo, quod verbo Dei internum & externum, ejus materiale & formale est; nec in discrimine actuum *pædagogicorum*, quos non tantum Lex, sed etiam Evangelium merè objective operari creditur, & efficaciam spiritualis, quæ utriq̄ communis est, & effectivè operatur, seu ut clarius dicam, non in discrimine virtutis *objectivæ* & *effectivæ*, Legi & Evangelio communis; sed in diversitate ipsius Legis ac Evangelii, eorumque effectibus & objectis diversis, quod illa iram operetur; hæc justificet, sanctificet, vivificet. &c. Illa opus p̄æcipiat, quod etiam naturæ viribus præstari potest; hæc spiritualem cordis & supernaturalem mutationem requirat.

In SENSU ECCLESIASTICO *litera & spiritus* (1) dicitur de sensu literali & allegorico, ut eam distinctionem Origenes & Hieronymus, *Ambros.* in T. 3. in Luc. I. 3. c. 3. *Augustinus de spirit. & lit. c. 4. & 5.* & *Confess. I. 6. c. 4.* exponunt, à Lutherò ipso refutati Tom. IX. Altenb. p. 112. (Vid. Lutherus *Anti-Piet. cap. 2. Art. 3.* p. 17. ubi ejus verba legas). (2) Per literam ORTHODOXI, materiale verbi, literas & syllabas, vocabula & phrases, & earum dispositionem Grammatico-Rhetorico-Logicam, h. e. significationem propriam & impropriam dictiōnum ac phrasium, sensum indeterminatum, quem verbum Dei extra contextum sacrum, cum aliis scriptis humanis communem habet, nec non connexionem subjecti & p̄ædicati affirmativam & negativam, universalem & particularem, Enunciativam & Syllogisticam, qualis etiam in omnibus aliis linguis appareat, intelligunt, & *corticem externum* vocant: ad quem tamen nonnulli etiam *ωέγτασιν* in parabolis, historiam rerum naturalium & civilium, nec non doctrinas natura notas & legis moralis immediatum sensum referre videntur; quæ omnia quilibet linguæ sanctæ gnarus, etiam homo naturalis, Gentilis vel Judæus ex Lexico & beneficio se-

cundarum notionum, aliorumque mediorum hermenevticorum, quadam tenus indagare potest. *Spiritum* vero in oppositione ad literam dicunt esse sensum Spiritus S. in Scriptura, præsertim Evangelica, literarum monumentis expressum, & in illis virtualiter contentum, quem *sensum* etiam *spiritualem*, cum primis ratione objecti & in mysteriis fidei appellant, quæ nemo sine gratia Spiritus S. ejusq; lumine capere aut intelligere potest. Interdum comparativè loquuntur, quod irregeniti notitia *magis literâ*, quam *spiritû* constet, ac proinde non simpliciter negant, illum etiam sensus spiritualis capacem esse, ut D. Gerhardus T. 2. de L. A. §. 80. (3) Denique alia distinctione est inter sensum Scripturæ literalem & spiritualem, & alia inter notitiam Scripturæ secundum literam & spiritum. Illa fanaticæ est, & geminos fingit ipsius Scripturæ sensus; hæc autem satis obscura nec adæquata est, & in altero distinctionis membro adhuc confundit notitiam simplicem sensus spiritualis, cum notitia ejus affectiva & applicativa, qua simul debitam finis intentionem & valorem spiritualem coram DEI judicio comprehendit.

In SENSU FANATICO *litera* Scripturæ sacræ est doctrina inefficax & sensus ejus literalis; *Spiritus* vero est verbum, quod sensus est ipsius Spiritus Sancti vitamq; & virtutem habet divinam, nec non privatæ suggestiones & raptus spiritus, sensus & experientia spiritualis, in quâ vel unius horæ spatio se plura intelligere posse autumant fanatici, quam se omnia biblia, & omnes libri docere possint, usq; ad extremum diem. Quod discriminem inter literam & spiritum, cum Lutherus ipse, ut fœtum Platonice Philosophiae, ex quâ hanc doctrinam fanaticam hauserint Pseudo-Dionysius ille Areopagita & Origines, disertis verbis rejecerit, aperte testatus, se ipsum sententiam suam in hac doctrina (*de litera & spiritu*) retractasse, quis non miretur dissentientes ad ejus consensum provocare. Vid. T. I. Alt. p. 375. T. II. p. 727. b. T. VII. p. 239. VII. p. 9. 77. 103. Melanchthon vero ex hac distinctione malè intellectâ, secutus interpretationem originianam, literæ & spiritus, intelligentiam Evangelii literalem primus opposuit *spirituali notitia* in I. Cor. c. IIx, & non sine Ecclesiæ

clesiæ scandalo carnalem appellavit, suoque Syncretismo dum autoritatem fidemque Theologi Orthodoxi in Ecclesia decoxit, & sæpe Fanaticis applaudit, nec in hac doctrina ab ipsis alienus est, imo fax & tuba fuit certaminum, quæ in hunc usque diem Ecclesiam miserrimè turbant.

**CONCL. I.** *Verbum DEI revelatum non est signum naturale sensus divini, sed ipse sensus Dei, sensus Christi, sensus Spiritus Sancti recte dicitur.*

I. *A*rgumentor, (1) Id quod est Dei consilium & occulta sapientia, quam Apostoli ex revelatione habent, ut sciant ea, quæ sibi à Deo donata sunt & loquuntur, non persuasoriis sapientiae humanae verbis, sed in demonstratione spiritus & virtutis, id est Christi sensus. At verbum externum & revelatum Evangelii est Dei consilium, Act. XX. 27. Domini mysterium, Psal. XXV. 14. Sapientia in occulio, Psal. L. I. 8. & Divina sapientia, 1. Cor. I. 24. 2. Cor. II. 7. 12. 13. quam Apostoli habent ex revelatione divina &c. Ergo verbum Evangelii revelatum est ipse sensus Christi. Nulla hic sive in Majori, sive in Minoris Metonymia signi aut figura Rhetorica locum habet. Conclusio itaq; propria est, non figurata. (2) Verbum Dei, id quod fatetur Dn. Köpken, & cum eo Ziroldus, non tantum est signum nudè significativum, sed etiam exhibitivum sensus divini, (addo etiam virtutis infinite) sensui propter unionem cum Spiritu Sancto inseparabilem communicatæ.

II. EXCIPUNT (1) sensum Dei esse infinitum. R. De eo non queritur, sed de sensu revelato, & λόγῳ ἔκτυπῳ, qui non nudum signum divinæ mentis, sed ejus *imago spiritualis* est, rem simul, quam significat, ita exprimens, ut expressio, si non adæquate, tamen exactè rei significatæ conveniat & similis sit. 1. Cor. XIII. 12. 2. Cor. III. 18. Gal. III. 1. (2) Verbum & ejus sensum, signum & signatum esse coordinata. Non E. signum est signatum, nec verbum Dei seu Scriptura sacra ipse Dei sensus. R. Verbum Dei non tantum in suo materiali, literis, syllabis, vocalibus & significationibus, quas extra contextum habent, in

yoce viva aut in conceptu hominis (Hæc enim omnia, si per se & ut materiale spectentur, non negamus esse signa sensus Divini merè significativa) sed prout in *toto suo complexu definitivo* literam & spiritum, materiale & formale & simul etiam *connexum suum formale*, & sine quo verbum Dei nec dici nec esse potest, virtutem Dei infinitam essentialiter comprehendit, considerari. Et sic propriæ hæc propositiones & synonymicæ sunt seu essentiales: *Verbum DEI est litera, verbum DEI est sensus DEI, Verbum DEI est spiritus & vita*, hoc est, ut Paulus illam sententiam Christi explicat, *est potentia Spiritus Sancti vivifica & salvifica*, Joh. VI. 63. Rom. I. 16. Non itaque coordinata, sed subordinata enunciant. Ita enim pars materialis, vel formalis, vel utraque, de *toto essentiali* dicitur. Cujusmodi Enunciationes in Scripturâ & nostra Theologiâ sunt frequentes. Baptismus, seu hoc, quod effunditur super baptizatum, non tantum est aqua, sed etiam *Spiritus sanctus*: *sacra Cœna*, seu hoc quod sacramentaliter editur & bibitur, est panis & corpus, vinum & & *sangvis Christi*. Hunc enunciandi modum Lutherus equidem *Synecdachen* appellat, sed *Grammaticam figuram*, non tropum Reticulum, proprium non improprium enunciandi modum intelligit. Non autem sic concludere licet: *Verbum Dei est litera, Verbum Dei est spiritus*. Eo spiritus est litera, aut litera est spiritus. Est enim hæc syllogismi sententia: *Verbum Dei quoad materiam, est litera, quoad formam, est spiritus*. Et sic manifestum est in argumento vitium ex quatuor terminis. Aut sic inferenda est conclusio: E. id, quod est materialiter litera, formaliter est spiritus. (3) Quemadmodum dicere non possum, sensum meum esse alterius sensum, ita nec sensus Scripturæ est sensus ipsius Dei. R. Sensum meum non esse sensum alterius, geminum habet sensum. Vel enim significatur, me esse aliter affectum & animatum, quam aliis est; meam intentionem non esse ejus intentionem: vel non aliter eum de hac vel illa re sentire, atque ego sentio. Non autem hic de intentione & affectu, sed de sensu quæstio est, nec de existendi, sed de representandi modo. Ita enim meus sensus, quemadmodum in me existit, non est sensus alterius, & neque propriè neque improprie ita dicitur,

tur. Sed imago rei conceptæ, quæ in meo animo existit, similis est imagini, quæ in mente alterius est. Meus enim conceptus, non est ejus conceptus. At de una eademque re idein sentit ac ego. Meus sensus non est alterius sensus *idealiter* & *materialiter*, ratione conceptus; est tamen idem sensus *formaliter*, & ratione rei repræsentatæ. Sic eadem veritas Divina in conceptu Petri eodem modo repræsentatur, quo in conceptu Pauli. Nec aliis hujus quam illius sensus est de veritate divina, quam uterque in animo suo concepit. Hinc quia conceptus Apostolorum erant conformes Divinæ menti revelatæ, rectè dicunt se *babere Christi sensum*, 1. Cor. II. v. ult. At sensus ille Christi non est *sensus Dei infinitus*, sed ejus tantum imago, per signa revelativa in mente eorum similiter repræsentata: & qui dicit, sensum Dei increatum esse *cum signis libri externis coniunctum vel unitum*, vix se ipsum intelliget.

### CONCL. II. *Sensus Scripturæ non nisi unicus, nec aliis, quam Spiritus S. sensus est.*

I. **Q**uia (1) unius rei *unica tantum forma*, unius propositionis, *unica tantum veritas* est. At Scripturæ sensus est forma Scripturæ sacræ. E. (2) *Tota Scriptura, quæ materiale & formale est* ḡέρπευσος, 2. Tim. III 16. E. nec aliis in ea datur sensus, nisi ḡέρπευσος, & qui à Spiritu Sancto intentus & inspiratus sensus est. (3) Quia Prophetæ & Apostoli Φερέμενοι ταῦτα εἰδίου πνεύματα scripserunt. E. non alium sensum, quam quem Spiritus Sanctus ipsis inspiravit, literis suis confignarunt, 2. Petr. I 21. (4) Si sensus aliquis à sensu Spiritus Sancti in Scriptura diversus esset, ille aut angelorum sanctorum, aut hominum aut diabolorum sensus foret. Non autem angelorum bonorum, qui etiamsi nonnulla viris sanctis revelarunt, & in calamum dictarunt, ea tamen non ipsi excogitarunt, sed Dei mandatum & sententiam annunciarunt, Ps CIII. 20. Dan. IX. 23. Non diabolorum, quod manifestum est, (nisi forte dixerint fanatici, sensum etiam carnalem esse in Scriptura) nec hominum, quia amanuenses sancti, quicquid locuti sunt, quicquid

quid scripserunt, ex revelatione divina accepere, nec suum, sed Dei consilium, Christi sensum annunciarunt. Fortè inquies: *Sensus ille hominis animalis est, qui sensum Scripturæ propriu suo naturali intelligit.* R. At ille sensus, præcipue in mysteriis fidei, vel verus vel falsus est. Si verus, ille non intelligitur sine lumine supernaturali, nec nisi Spiritus S. hic sensus erit. Sin falsus, ipsius quidem hominis naturalis, sed non Scripturæ sensus literalis est.

II. EXCIPIUNT, Irregenitum capere Scripturam, quatenus verbum, non quatenus verbum Dei, aut Spiritus S. sensus est. R. Hac distinctione nihil indoctius, nihil absurdius est. Si enim verbum illud quatenus tale, etiam sensum aliquem quatenus talem in genere apprehendet impius, & qui neq; Dei, neque angeli, neq; hominis, neque diaboli sensus est. Cujusnam ergo ille sensus literalis erit? Respondet Dn. D. J. M. Langius, quod significare voluit ille, qui bisce signis ordinariis & ex foro communi deponit fuerat usus. At ille Deus est. Quemadmodum etiam in sequente quæstione addit; quod Deus per signa illa ordinaria, quid à nobis requirat, voluit interpretari. E. non verbum quatenus tale, sed quatenus Dei verbum est, irregenitus capiet. Aut, si hominis ille sensus, erit hominis ut sic, hominis platonici, aut idea quædam chimerica, in mente monströsè ecstatica. Ecstasis enim abstrahit animum à rebus naturalibus & objectis materialibus, ut divina meditetur. At hæc abstractio (quatenus verbum est) abstrahit à sensu spirituali, ut in Scriptura solum sensum naturalem cognoscas. Quanta hæc barbaries? Annon irregenitus potest totam fidei analogiam intelligere, & super omnia dicta Scriptura doctè perorare & disputare? Affirmat Spenerus: at determinat; illi sensus, determinatæ veritates, non veritates ut sic, aut quatenus tales sunt. Uterque Langius docet, sensum illum literalem, quem apprehendit irregenitus, esse Scripturæ conformem. E. non verbum quatenus tale, sed quatenus Scripturæ verbum est, à Spiritu S. revelatum & inspiratum cognoscit. Utriq; dicunt, sensum illum Scripturæ esse naturalem, & qvem significant verba, ex communi foro hominum deponpta. Ergò irregenitus non apprehendet verbum, quatenus tale, sed quatenus

nus sensus Scripturæ est, ex vi ejus nudè literali erutus, & distinguitur à sensu *spiritualiter naturali*. Ita homines sibi misere contradicunt, ut nesciant, quid loquantur, quid sentiant.

**CONCL. III.** Ergo distinctio inter literam & Spiritum, inter sensum Scripturæ nude literalem, qui simul spiritualis sit, prorsus fanatica est & improbanda.

I. **Q**uæcunque distinctio (1) in *Platonica Philosophia*, non in Scriptura S. fundatur; (2) multos errores parit, de notitia literali & viva seu spirituali; de veritate & sensu Scripturæ gemino, alio spirituali & alio literali; de ineffaci Ministerio Ecclesiastico, quo iregeniti fungantur, tantum literam intelligentes, & ex suo conceptu mortuo docentes. (3) In animo hominis impii literam & spiritum, & ea separat, quæ Deus ideo conjunxit, ut per eorum unionem mysticam, in conceptu & in corde ejus, i. e. per verbum vivum & efficax, convertatur; Unde (4) necessariò per eorum separationem *conversio* hominis impeditur, (5) Homines de regeneratione Ministri Ecclesiæ incerti nesciunt, an ille solam literam annunciet, & sic de vero solatio dubitare necesse habent; *Litera* enim, ait D. Zirold, *non est solatium*, (6) *Gratia Dei efficax*, & universalis tollitur. (7) ad *Enthusiasmum*, *Pelagianismum*, *Papismum*, & alias hæreses, quæ hâc distinctione errores suos palliant, via sternitur; illa distinctio modis omnibus est improbanda.

At vero distinctio illa Novatorum, inter internum & exterum verbum, inter literam & spiritum, inter sensum mere literalem & spiritualiter literalem (1) fundata est in *Philosophia Platonica*, quod observavit *Lutherus*, & Porphyrii testimonium T. 2. A. p. 727. in eam rem allegat; non vero in *Scriptura*, fatente Spenero 1 c. (2) multos errores peperit, quos Fanatici fovent, de notitia literali & spirituali, de Scripturæ gemino sensu & veritate, geminaque virtute effectiva, alibi ex instituto refutandos. (3) In corde hominis impii litera & spiritus separazione, quæ Deus inseparabiliter conjunxit, (4) conversionem ejus impedit, Nam per literam solam, quam capit, converti

C

nemo

nemo potest: quod non negant dissentientés, cum ex eo nobis Pelagianismum imputent, quod statuamus, irregenitos per literam & doctrinam illuminari, ( vid. D. Zirold. *Dissert. Proems. Synops.* ) ac proinde Theologus impius, qui solam literam ex conceptu suo mortuo docet, per eam nec se, nec alios convertere potest. (5) Auditores verbi solidō solatio privat; dum nesciunt, an solam literam Minister Ecclesiæ annunciet. *Errat*, inquit Zirold, qui literam pro solatio habet. *Synops. A. 3. th. 6. p. 213.* (6) Gratiam Dei efficacem & universalem tollit; dum negat, eam ante plenam conversionem in irregenitorum intellectu effectivè operari, & tantum in regenitīs efficacem esse. (Quod enim Reformati de reprobis, idem affirman Novatores de irregenitis.) (7) Viam sternit ad Enthusiasmum & Pelagianismum. Nam si dicant, hominem impium per solam literam converti, suo iudicio sunt Pelagiani. si sine cognito verbo, & ante ejus divinam cognitionem, sunt Enthusiastæ, & dum geminum verbum Dei fingunt, aliud in impio, quod est litera mortua, spiritu in corde illius animanda, & aliud in regenito, quod est spiritus & vita, denuò cum Enthusiastis & Pontificiis conspirant. Vid. *Glossius Philol. sacr. Lib. II. Part. I. Tr. 2. Sect. 1. cap. 4.*

Ergo hæc distinctione, ut hæretica, & fanaticæ, & quæ Diabolo debet originem, merito improbatur. Idem licet de nostris Adversariis dicere, quod de Anabaptistis Art. 8. Smalcald. Multi adhuc hodie, qui accuratè discernere volunt inter spiritum & literam & neutrum nōrunt, nec quid statuant, sciunt. — Quicquid autem sine verbo & sacramentis jaclatur ut Spiritus, Diabolus est.

II. At verò multi Theologi, de quorum orthodoxia dubitari non potest, hac distinctione usi sunt, quorum bene magnum catalogum Barbarus colligit. R. Hoc unum scilicet est, & grande illud tormentum, quo nos arietant Fanatici. Theologorum autoritatem nauci non habent. At, cum consensum in doctrina præbere, & orthodoxis contradicere videntur, eximii illi ac quantivis pretii Doctores sunt, & cum præfatione honoris etiam illorum manes Domini salutantur: At ubi dissentiant, BARBARI audiunt. (2) Nec enim vel iota unum ex Scriptura citare

tare possunt, quo probent, in illa dari sensum nudè naturalem, mercè literalem. (3) Theologorum autoritati fidei analogia, in dubiis quæstionibus, in quibus ipsi dissentunt, præferenda est. (4) Improvidè secuti sunt Melanchthonem, qui hanc distinctionem, inter spiritum & literam, in sensu fanatico ab Augustino, hic ab Ambrosio, (v. *Confess.* l. 6. c. 4. & *de spirit. & lit.* c. 4. 5. ubi geminum usum hujus distinctionis ostendit, *unum*, quo litera significat, quod sonat; spiritus verò est sensus mysticus & intelligentia spiritualis, quæ interiorem hominem nutrit; *alterum*, quo litera lex, spiritus gratia est) iste verò fortè ab Origine Platonizante didicit. (5) Quo sensu ea orthodoxi utantur, jam expositum. At confundunt plerumq; sensum literalem cum sensu literæ, quem corticem & sensum externum vocant, & linguae gnarum aliquo modo indagare posse concedunt, nec tamen sine ulla dubitatione. (6) Nam in applicatione, distinctionis hujus fundamento ipsi subdidunt. B. Calovius, ubi contra Socinianos disputat, & distinguit inter sensum Grammaticum externum & salvificum internum; FORTÉ, ait, non renatus sensum externum habet. T. I. Syst. p. 657. Eadem verba dubitativa repetit D. Querstæd. in Syst. P. I. c. 4. Sect. 2. §. 13. p. 119. Ita nimirum cordatissimi Theologi maluerunt suam in re perquām diffīcili hæsitationem fateri, quām suspicionem Pelagianismi aut Enthusiasmī incurrere, etiamsi haberent tot Theologos in hac doctrina præeuntes & consentientes. Quæ verò fuerit dubitandi ratio, in Controversia contra Musæum, eadem distinctione in simili argumento usum, cum doceret, animalem hominem (ante & in prima conversione) posse ex perspicuis Scripturæ verbis eorum sensum literalem actu simplicis apprehensionis cognoscere, immo de eo certum esse, quod ille sensus, quem animo suo concepit, verus Scripturæ sensus literalis sit; exponit idem Calovius t. 10. System. p. 327. distinguens inter verba nuda per se & NB, extra contextum, & inter eadem in contextu spectata: inter eadem verba, quatenus aliquam habent analogiam cum verbis humanis (analogiam nimirum non tam ratione formæ internæ & sensus literalis, qui non nisi Spiritus S. sensus est, & quem Scriptura sibi proprium, nec cum aliis scriptis humanis communem habet; quām ratione materie

& formæ externæ, & in doctrinis natura notis, circumstan-  
 tiisq; historicis, quæ fidem humanam non superant, intelligit)  
 & quatenus sunt δοχεῖα rerum spiritualium sensusq; divini NB. θεό-  
 πνευστού: (Jam omnis sensus literalis Scripturæ est θεόπνευστος).  
 Inter aliquem verborum sensum, nec non *inter verum mentis*  
*Spiritus S. conformem sensum.* Negat itaq; (non quemcunq; irre-  
 genitum sed) *animalem hominem* posse sensum Scripturæ litera-  
 lem, & quem verba ut signa & δοχεῖα divini sensus per illa  
 nobis revelati, in *contextu* significant, capere. Quæstio igitur  
 est, an *irregenitus negativè talis*, ante primam conversionem, ver-  
 ba Scripturæ, quæ habent perspicuitatem literæ, & disposi-  
 tionis Logico-Rhetorico-Grammaticæ, solis naturæ viribus, sine  
 gratia Spiritus S. illuminante intelligere possit, non prout sigil-  
 latim verba *extra contextum* considerantur, (sic enim plerumq;  
 ἴμωνυμα sunt, nec certum sensum literalem alicujus proposi-  
 tionis affirmativæ & negativæ significare possunt) sed prout in  
 ipso *contextu* mysterium aliquod divinum enunciant; quod qui  
 affirms, oppidò Pelagianizat. At inter nos & Fanaticos præ-  
 cipuè controvertitur de *Irregenito Ministro Ecclesie*, cui cognitio-  
 nem sensus literalis tribuimus, non ut *animali homini*, sed ut  
*Christiano*, à puerò in articulis fidei fundamentalibus bene in-  
 formato, hermenevticæ sacræ studiis instruēto, & legitimè ad  
 munus Ecclesiasticum vocato, quem *gratia assistens*, vi *federis &*  
*vocationis divine*, non prorsus deserit per omnem vitam, ut  
 quamdiu ductum Scripturæ in doctrina sequitur, se & *alios*  
*docere & convertere* possit. Rom. II. 4. 17 — 21. (7) Theologi,  
 quos citat Barbarus cum Ziroldo, ipsi jam suo tempore haud  
 perfundatoriè notarunt, se contra Pelagianizantes Pontificios,  
 Synergistas, Arminianos, Syncretistas disputare de *conversione*  
*prima*, quid ante illam homo merè animalis, & qui nunquam  
 regenitus aut in fœdus gratiæ receptus, seu qui negativè non  
 privativè irregenitus est, *propriis naturæ viribus* possit ad sui  
 conversionem conferre; non autem de *secunda*, quid ille, qui  
 vires in prima regeneratione spirituales accepit, & in statu  
 gratiæ habitibus acquisitis auxit & locupletavit, post lapsum

ex

ex statu gratiæ in cognitione rerum Theologicarum, praestare possit: qua de re etiamsi magnopere dissentiant Theologi, omnes tamen gratiæ vires per peccata mortalia perdi plerumque negant, earumq; conservationem fœderi baptismi acceptam referunt. *Ez. LI V. 10.* Imo sunt etiam, qui statuant, posse ejusmodi irregenitum per vires spirituales adhuc superstites Spiritui S. ad iteratam sui conversionem cooperari; quam tamen sententiam, nisi dextrè intelligatur, nostram non facimus: sed de ea re alibi *ovv* *Geō* erit dicendi locus. *Vid. Hutter. LL. CC. L. 7. de stat. hom. corrupt. c. 2. p. 281.* *D. Lyseri System. p. 1448.* *1467. 708.* *D. Bilefeld. in Diff. de Convers. Præside D. Joh. Scharff. Anno 1652. habita p. 7.* *D. Calov. Syst. t. IC. p. 14. 15.* *D. Quenst. Syst. P. 3. c. 7. q. 1.* *D. Scherz. Syst. p. 291. sq.* Adde *D. Mylium in A. C. p. 242.* Certè quidem hanc distinctionem inter conversionem primam & secundam ab ipso Spenero approbatam, (*Übereinst. P. 2. p. 544*) cùm non observassent præsertim homiliarum ecclesiasticarum conditores, magno numero sine discrimine illuminationem omnibus irregenitis denerarent, confundentes illuminationem sive actualē, sive etiam habitualem, (habitum intellige in statu gratiæ acquisitum nequum amissum & per vitam non fidei, sed verbi amandum & actuandum) ad notitiam & assensum, cum illuminatione ad fidem & regenerationem, in qua conversus apprehendit Christum, ejusq; meritum sibi appropriat. Quid verò inter utramque sit discriminis, ex hoc Syllogismo practico cognosces: *Quicunque credit, salvus erit. Ego credo, inquit irregenitus. E. Ego salvus ero.* Majorem approbat assensu divino, per vim luminis huic propositioni conceptu proprio, perspicuo, distincto, adæquato, & Scripturæ conformi non tantum apprehensæ, sed etiam intellectæ, insitam. Minor & conclusio falsa est, dictitante irregeniti conscientia. Non igitur mirum, ipsum carere in notitia ejus applicativa illuminatione ad fidem & regenerationem necessaria. Deest igitur ipsi conceptus solidus, non in assensu generali, quem nonnulli historicum, minus adæquate appellant, sed speciali, & appropriativo, ad fidem salvificam essentialiter requisito. Itaque repugnante analogia fidei, in tanto Theologorum dissensu, quem forte alibi producemus, sola eorum autoritate & testimoniorum undequaque compotatorum rhapsodiā niti, *Barbarismus sesquipedalis* est. Quanquam de nonnullorum Orthodoxia, (quod etiam observavit accuratissimus

Theologus *Dn. D. Förtschius* in *Dissert. Epistol.*) qui ex Anglicanis scriptis multa securius homiliis suis inferuerunt, fanaticismum sapientia, præcipue in doctrina de verbo DEI revelato, meritò dubitatum in nostra Ecclesia, & ridiculus sit Barbarus, quod, ut orthodoxorum numerum augeat, in iis etiam *D. Zioldum*, *D. Langium* cognominem, *Köpkenum* & alios ex adversa parte, immo ipsum Specerum, de cuius sententia disputatur, recenseat, oblitus in suæ mentis Medicina canonis Logici: *Multitudo errantium non parit errori patrocinium*: quem tamen etiam optimè meritis Theologis in doctrina tam ardui momenti, quæ nihil in tota Theologia intricatus est, facile condonat Ecclesia, tantò magis detestata Novatorum insidias, quòd cum deficiant Scripturæ testimonia, illorum autoritate ad Fanaticismum suum palliandum pessimè abstantur. Illi verò si vel hanc veritatem alibi demonstrandam, quod *conceptus impii Scripturæ conformes sint ipsum DEI vividissimum verbum*, cōpertam habuissent, aut accurate pensitassent, de qua eo tempore nondum litigatum fuit, prout viri cordati fuerunt, nunquam ea scripsissent, & publicassent, quæ vix excusari possunt. Veruntamen, si DEUS vitam & otium dederit, operam alio tempore dabo, ut & veritati & orthodoxiæ summorum Virorum, quoad ejus fieri potest, sua constet integritas. Nobis in præsenti major divinæ quam humanæ autoritatis habenda zatio, præsertim contra eos, qui nihil minus quam Theologorum merita & celebritatem curant, ut videre est ex *D. Ziold. Introd. in H. E. P. I. c. 897.* & Barbari inconditis scriptis, quorum ille *D. Hülsemann*, cuius summam eruditionem & merita etiam Polonia & Prussia venerata est; hic Triumviros illos incomparabiles, alterum **Gryphicæ**, alterum Rostochiensis Academiæ immortale Decus, tertium Ephoriæ Dresdensis Antistitem, splendidum illud orthodoxiæ Sidus, grandi supercilio fanaticoque fastu tam indignè tractant (de aliis Nostroque cum primis Theologo nihil dicam, cui si oculos exsculpere possent, non omitterent) ut miratura sit posteritas, fuisse inter literatos ejusmodi barbaros homines, qui omnem pudorem, omnem morum civilitatem in scriptis suis deposuerint.

CONCL.

**CONCL. III.** *Vis significativa verborum, eorumque perspicuitas in Scriptura sacra, non est nudè naturalis, nec illam cum scriptis merè humanis communem habet.*

I. **N**am (1) πᾶσαι γένεα φη̄ secundum materiale & formale suum est *Geōn̄eūs*. (2) Verba Scripturæ prout in contextu sacro disposita sunt, sensum Scripturæ sacræ supernaturaliter revelatum, hoc est, sensum ipsius Spiritus S. non tantum significant & virtualiter continent, sed etiam meditantibus actu exhibent. (3) Cum signis illis non sensus DEI supernaturalis (ut sentit Barbarus) quippe quem ex revelatione divina, non ex arbitrio hominum per se formaliter & ita significant, ut alium sensum non habeant, sed *Spiritus Sanctus inseparabiliter conjunctus seu unitus est*, (4) qui etiam huic verbo virtutem suam salvificam & increatam inseparabiliter communicat. (5) Et illam quidem virtutem, quæ ipsa lux infinita & perspicuitas, quam vocant, interna & vis illuminandi est. *Job. VI. 63. Rom. I. 16. Ps. CXIX. 105. 2. Petr. I. 19.* (6) Per verba illa Scripturæ, audita vel lecta & meditata, Spiritus S. super legentes & audientes effunditur. *Joel. II. 28.* (7) Lectionem & prædicationem illius semper comitatur gratia Spiritus S. illam ad finem à se intentum dirigentis, & per verba non aliud quam suum sensum revelantis. (8) Verbum, quod in Scriptura nobis ita sensum DEI patefecit, est effectus & medium gratie σωτηρίου, & supernaturalis, toti mundo apparentis. *Tit. II. 11.* Nam ex mera gratia DEUS ad sui sensus significationem, & sumorum mysteriorum æternorumque decretorum manifestationem utitur lingua peccatoris, non ea tantum, quam protoplastis implantavit, sed iis etiam, quæ in confusione Babelica poenæ erant superbiæ, contra Creatorem rebellis. Ex mera gratia se accommodat genio Linguarum per universum orbem usitatatum, ut perspicuis verbis & distinctionibus consilium suum æternum & absconditum omnibus hominibus, præcipue vero suæ revelet Ecclesiæ. Ex mera gratia usus est in Textu Scripturæ authentico iis Lingvis, quæ omnium maximè perspicuae, simplicissimæ, communissimæ, aut reliquarum omnium fere matrices fuere. Hinc etiam gratia prævenientis est beneficium,

quan.

quando homo non intellecto sensu, tamen verba Scripturæ rectè apprehendit, & memoriæ fideliter mandat. *Luc. II. 19. 50. 51. Job. II. 22.* per quæ DEUS attendenti in lingua nota mentem suam ita vult significare, ut intelligat. *Eiusdem gratia est*, quod impiis etiam DEI verbum per revelationem tam prope sit, ut illud *in ore & corde habeant*. *Rom. X. 3. 8.* Scripturæ itaque verba, etiamsi extra contextum ex impositione hominum vim quasi *naturalem*, aut ut loquitur Ziroldus, *connaturalem* habeant, sensa humanæ mentis significandi, tamen ad sensum Spiritus S. manifestandum, non nisi *supernaturaliter* ab ipso ordinantur. (9) Verba Scripturæ non ex impositione & arbitrio hominum, sed ex revelatione DEI *mysteria significant*, quæ à nullo etiam homine sine divina *revelatione* investigari, aut *sine illuminatione* intelligi possunt. *Matth. XVI. 17. Eph. 17. 18.* (10) Per verba illa Scripturæ non eorum vis naturalis, sed Spiritus S. hominem moraliter *movet & excitat*, *2. Cor. V. 20.* ad pœnitentiam, eamque efficaciter operatur, eo tamen gratiæ ordine, quem pro sua sapientia instituit. Quæ omnia cum sint Scripturæ S. soli propria, præter lingvam, literas & vocabula & dispositionem Grammaticam, Rhetoramicam & Logicam, quæ ad verum sensum literalem Scripturæ, quem etiam irregenitus apprehendit, & intelligit, significandum, revelandum & investigandum non sufficiunt, nihil cum scriptis humanis commune habet. Fac enim, homo naturalis in hac propositione: ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, intelligat, verba esse Græca in affirmativa propositione disposita, cuius subjectum ὁ λόγος, prædicatum, σὰρξ ἐγένετο: λόγος significare Latinè *Verbum*, Grammaticè das *Wort*/ esse nomen substantivum, secundæ declinationis, masculini generis, singularis numeri; & sic etiam Grammaticè exponat sequentia verba: σὰρξ & ἐγένετο: sit etiam sollicitus, an λόγος personam vel aliud quid significet, & quomodo, ille qui λόγος dicitur, carnis particeps fieri possit; quod tamen ipsum studium investigandi verum hujus dicti sensum à gratia præveniente Spiritus S. suo verbo intimè præsentis excitatum est. *Aet. II X. 34.* Verūm, quis nisi mentis inops dixerit, hunc sensum esse Dicti hujus merè literalem? Enimverò si omnia scrinia Platonicorum & Poëtarum, Græcorum omnia Lexica, & totum hermeneuticorum mediorum apparatus excusseris, nunquam sine

sine gratia supernaturali hunc invenies, multò minùs intelliges verborum sensum: *Q[uod]od Filius DEI, secunda SS. Trinitatis persona, in suam hypostasin divinam, humanam naturam a[et]ernis a[et]eris assumperit, ut non due sint, sed una tantum persona Ge[ne]r[is] p[ot]est.* Et cum ab aeterno fuerit, in tempore factus sit homo, Et missus à Patre in similitudine carnis peccati. Num vero dixeris, Analysin illam Grammatico - Rhetorico - Logicam & notiones secundas, hanc propositionem mysticam, aut ejus interpretationem, animali homini facere intelligibilem? Non nihil quidem perspicuitatis literæ dabit, non autem sensui literali, mysterium enuncianti.

**CONCL. IV.** Omnis igitur Scripturæ S. sensus est ψαυ-  
ματικο-πνευματικὸς, Επ' πνευματικο-ψαυ-  
ματικὸς, non naturalis, sed supernaturalis.

I. **N**AM (1) nullus est, ut demonstravimus, Scripturæ sensus literalis, nisi ipsius Spiritus S. sensus. (2) Nec alium sanctis viris, suis amanuensibus, inspiravit. (3) Sensus ille est *imago mentis divinae supernaturalis*, in qua etiam *facies Christi resplendet*, & si non adæquatè, tamen exactè repræsentatur. 2. Cor. III. 18. IV. 4. 6. Gal. IV. 1. (4) Cum illo sensu literali inseparabiliter conjuncta est virtus supernaturalis Spiritus S. (5) Nec ille per se alios potest, quam supernaturales effectus, & si nulos alios, saltem conceptus in mente hominis sibi proportionatos, & vires mysteria intelligendi supernaturales easque in ordine ad conversionem passivas producere. Ps. XIX. 8. 9. (6) Qui alium sensum Scripturæ sibi fingit, ex cuius perspicuitate supernaturali oritur perceptio realis h. e. experimentalis notitia, sine ejusmodi ideis, conceptibus & speciebus impressis, sive cerebrinis, sive intelligibiliibus, quæ à litera Scripturæ & sono prædicationis pendent, nescio quo gusto mystico, & puro, i. e. ideis vacuo intellectu res ipsas spirituales percipiens, Enthusiasmi mancipium est. 1. Cor. XIII. 12.

II. **O**BJICIT Barbarus Antibarb. Prop. 1. m. 1. & Epicr. Epist. p. 36. Scripturam S. non habere aliam indolem ratione dispositionis Grammatico-Rhetorico-Logicæ, quam alia scripta humana. Hac enim

D

si ca-

si careret, minus perspicuitatis haberet, quam illa, ut ne quidem paedagogicè possit intelligi. R. (1) Non de materia Scripturæ & ejus forma externa quæritur, qua verba & phrases in propositionibus affirmativis & negativis, & hæc in certis periodis disponuntur, & aptæ natæ sunt notiones secundas Logico-Rhetorico-Grammaticas recipere, & aliquem sensum indeterminate, & quem extra contextum habent, significare; sed de sensu literali, qui forma Scripturæ interna est. Scriptura multos idiotismos & phrases habet, (præsertim in lingua authentica) sibi proprias, quarum omnium sensum, δείνωσιν & ἔμφασιν frustra quæras in scriptis merè humanis, non nisi à subacto & spirituali judicio, fatente Barbaro (p. 6.) observandam & internoscendam. Tali etiam judicio opus est in notionibus secundis, quibus dispositio illa Grammatico-Rhetorico-Logica indaganda est, sine errore verbo divino & ejus propositionibus applicandis; tantum abest, ut per eas sine lumine supernaturali ipsum sensum Scripturæ literalem in divinis mysteriis eruas. (2) Habet hoc Scriptura sibi proprium, quod *mysteria* enuntiet omni rationi humanæ sic impervia, ut illa etiam pro stultitia habeat. 1. Cor. I. 18. 23. II. 14. sine quorum intellectu ne quidem verba ipsa eorumque sensus literalis ab eo, qui lumine supernaturali destituitur, investigari ac intelligi potest. *Sensus literalis & veritas*, quam exprimit, μυστηρώδης sunt materialiter idem: qui hanc non capit, nec illius capax erit. (3) *Vis* autem verborum significativa, quia cum virtute & gratia Spiritus S. illuminatrice conjuncta est, ut fatetur ipse Barbarus, plus habet perspicuitatis, quam ullum scriptum humanum, ipsius Platonis eloquentiâ luculentius. Nec enim tantummodo veritatem & sensum divinum notificat; sed etiam ut ille ab homine apprehendi & intelligi possit, per vim sibi insitam intellectum humanum supra naturæ vires elevat & illuminat.

III. At vero per media hermeneutica indagari potest sensus literalis. R. Poteat, sed non sine prævia gracie illuminante, & per media proportionata. Interpretatio Scripturæ non est *ἰδίας οὐτούς*. 2. Petr. I. 21. nec aliud sensum literalem, quam qui Spiritus S. sensus est, poteat ac debet investigare. Ipsa hermeneutica

neurica sacra non tam ex Aristotelis arte interpretandi Logica & Rhetorica, quam ex usu Scripturæ adornata est à Theologis luce spirituali instructissimis. Lege Danhaueri *ideam boni interpretis, & hermeneuticam sacram, lege Glassii Philologiam sacram* (& nisi per omnia fallor legisti) & si hos libros à Logica & Rhetorica hominum naturalium toto cœlo non differre dixeris, plus quam naturalis homo es. Evidem illam hermeneuticam videre aveo, quæ textum sacrum in his dictis Scripturæ: *Tres sunt, qui testimonium perhibent in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus S. & hi tres unum sunt: Verbum caro factum est: Filius hominis est filius DEI unigenitus: DEUS suo sanguine redemit Ecclesiam: Hoc, quod vobis edendum porrigo (verba Christi notissima sunt) est corpus meum: Hic calix, quem bibendum trado, est novum testamentum in sanguine meo;* & totam Epistolam priorem Johannis intelligibilem & verosimilem faciat animali homini, qui omnis gratiæ supernaturalis illuminantis expers est, aut doceat beneficio lumen naturalis ita exponere, ut possit naturæ solius viribus sensus genuinus horum dictorum & totius illius scripti Johannei, qui *sensus lateralis dici mereatur, apprehendi; ejusmodi Hermetica meo qualicunq; judicio, quod tamen testimonio Pauli: Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudeis scandalum, Gentibus stultitiam, 1. Cor. I. 23.* nititur, aut omnia Dædali opera & naturæ miracula superabit, aut Chimæra erit tribarbara. Qui autem studio proprio naturali artem sacras literas hoc modo interpretandi, investigare & docere velit, Medicinâ mentis, sed saniore ac solidiore, quam qualem scripsisse Barbarus sibi videtur, opus habebit, ut qui maximè.

IV. *Autores Scripturæ S. secundarios fuisse homines.* R. At *ιωδὸς ἀγίος πνεύματος Φεργύλπους.* 2. Petr. I. 21, qui quicquid scriperunt & locuti sunt, *θεόπνευστος* fuit, non naturalis sensus.

V. Lutherum distingvere inter intelligentiam verborum & rerum, inter perspicuitatem Scripturæ literalem seu externam & supernaturalēm seu internam. Ex perspicuitate externa & grammatica posse irregenitum verba, non tamen res ipsas intelligere. R. (1) Illam nimis perspicuitatem externam vocat, quæ formæ externæ & dispositionis

sitionis Grammatico - Rhetorico - Logicæ, seu quæ literæ, non quæ sensūs literalis est perspicuitas. Prioris generis evidentiam B. D. Bayerus (cujus verba Dn. D. J. M. Lang. loco infrā citato repetit, ) tradit in eo consistere, quod ea, quæ credita & factu homini ad salutem tendenti, sunt necessaria, verbis & phrasibus ita claris & usū loquendi receptis, in Scriptura proponuntur, ut quilibet homo lingvæ gnarus & vel mediocri judicio pollens, verbisque intendens, verum verborum sensum, quoad ea, quæ sibi scitu necessaria sunt, assequi, & capita ipsa Doctrinæ simplici mentis apprehensione amplecti possit: prout ad assensum fidei verbo apprebenso & rebus significatis præbendum intellectus hominis per Scripturam ipsam NB. ejusque tamen supernaturale, seu virtutem divinam ipsi conjunctam, perducitur. At quis non videt, dum virtutem divinam conjungit cum verbis, non merè naturalem eum intelligere perspicuitatem. Lutherus vero cum eo loco, quem Spen. in Praef. R. R. §. 10. Übereinst. Art. præl. i. §. 7. D. J. M. Lang. de Illuminat. & Barbarus ipfi cognominis Antib. prop. i. ex tractatu de servo arbitrio & t. 3. Altenb. p. 167. b. citant, ne ullum quidem iota Scripturæ sine lumine Spiritus Sancti cuiquam homini in universo terrarum Orbe cognitum esse doceat, quanta quæso, ne quid gravius dicam, incogitantia est hominis, ut suis Enthusiasmis patrocinetur, in una eademque periodo, Viro DEI tam pudendam contradictionem tribuentis, quâ mox statuat, sensum Spiritus Sancti literalem toti terrarum Orbi adeò manifestum esse, ut eum quilibet lingvæ gnarus sine lumine Spiritus Sancti supernaturali possit capere & intelligere; cum ejus hæc sit fententia, ut verba sole clariora ostendunt: Scripturæ perspicuis verbis omnes fidei articulos toti mundo & luci publicæ expositos, & quæ ab omni seculo fuerunt abscondita, revelata mysteria esse. At illa ipsa esse τὰ τὸ πνεύματος, quorum ne minimum iota naturalis homo capere possit. Internam itaque perspicuitatem vocat, quæ formæ internæ, seu sensūs spiritualis est, & virtuti ac gratiæ illuminatrici, sensui insitæ, debetur, & in cordibus per veram doctrinæ spiritualis agnitionem se exerit. (2) Si Barbarus barbaris Americanis speculum laudasset ex omnibus prædicamentis & prædicabilibus, aut etiam ex regulis suæ Medicinæ, antequam illud suis oculis usurpassent, & quid vocabulum.

Ame-

Americanum, quo speculum describere velit, significet, quid res significata sit, cognoscere, sine mente sonos dedisset barbaros. (3) Spiritus Sanctus autem, cum verbum DEI legitur & auditur, suâ gratiâ præsentissimus est, & una cum verbo effunditur, & audienti vel legenti per verbum conceptus primò confusus, deinde magis magisq; distinctos infundit, ut sciat, quid per subiectum, quid per prædicatum propositionis mysticæ, sit intelligendum, & si homo attentus hæc distinctè apprehendenterit, tum denum sensum literalem affirmativum vel negativum, non tamen naturæ viribus, sed beneficio luminis supernaturalis capit. Itaque semper intelligentia rerum per verba significatarum præcedit notitiam sensus naturalis. (4) Hoc testatur certissima experientia, ad quam provocat dissentiens. Ante intellectum rerum non posse propositionis alicujus sensum literalem percipi, & si mysteria fidei proponat, prorsus non cedere in intellectum naturalem, de qua mentis suæ imbecillitate ipsi regeniti conqueri necesse habent. Psalm. LXXIII. 2. 15. 22. Prov. XXX. 2. 3. 4. Matth. XXII. 46. Add. Act. II. 21. Job. II. 22.

V I. Urget Barbarus ABSURDUM, quia Scriptura nullum haberet usum paedagogicum, si aliquis sensus ejus literalis non esset naturalis. R. (1) Paedagogia propriè est legis moralis revelata ad Christum, Gal. III. 24. quem quia lex & natura ignorat, gratia verbum legis revelatum comitatur, & ejus meditationem dirigit ad salutarem eventum, ut homo compunctus desideret DEI gratiam à Christo partam & in Evangelio oblatam. Act. II. 23. 37. Hic itaque effectus paedagogicus non naturæ, sed gratiæ, non sensus merè literalis, sed spiritualis, cuiusmodi lex ipsa est. Rom. VII. 14. (2) Thæologi ab hac paedagogia sicut analogiæ etiam actus paedagogicos vocarunt, quatenus sunt luminis & virium merè naturalium; sed distingvunt inter paedagogiam externam, seu quæ extra Ecclesiam est & internam, quæ in Ecclesia natos per legem revelatam ducit ad Christum. Sunt tamen, qui etiam externæ paedagogie gratiam dant comitem, qua dirigantur ad inquirendum cœtum, in quo verus DEUS se manifestavit. Adiungunt autem gratiam illam sine verbo revelato caruisse eventu. D. Bilefeld de Conversione præside D. Scharfio anno 1652. habita.

D 3

At

At nobis nota sunt exempla, quæ contrarium testantur. Hic disputatur præcipuè de *irregemitus ipsius Ecclesiæ Ministris*, an illorum actus sint pædagogici, quando non tantum legem, sed etiam Evangelium vel ipsi meditantur, vel aliis irregemtis annunciant; & utrum in illorum notitia nihil vivi sit, nil nisi merè legalis immaturitas? (3) Hinc *Barbarus* & ipsi cognominis Theologus ad usum pædagogicum Scripturæ etiam *Evangelicum* sensum literalem reducunt, quo quid magis barbarum à Viris in omni doctrinæ genere exercitatissimis, dici aut cogitari possit, non video. Num vero Evangelium etiam erit pædagogus ad Christum, cuius faciem, gratiam & præsentiam intimè exhibit & repræsentat? 2. Cor. IV. 4. 6. aut Evangelium lex erit, aut legis officio fungetur in pædagogia ad Christum? an notitia ex Evangelio hausta erit legalis? an verbum DEI evangelicum in conceptu vero impii nihil est vivi, sed litera mortua? sed merum cadaver? sed farrago sterilium & mortuarum idearum? Quis hæc in Celsi aliquo aut Juliano, nedium in Christiano, quid dicam Theologo, & quo ferat animo? Quis unquam talia in Ecclesia Evangelica vel fando audivit? Etenim vix quinquennialis est hæc observatio ab iis inventa, qui distinctionem gratiæ in assistentem & inhabitantem quinquagenariam exsibilant.

VII. Objiciunt, multas esse in Scriptura sacra historias & veritates naturales, in quibus sensus literalis dominatur. R. Fateor, etiam nostros Theologos ex hac ratione distingvere inter sensum Scripturæ & notitiam historicam & spiritualem; sed distinctione illa non est adæquata. Potius est, distingvere principia cognoscendi. Quatenus sunt veritates à natura notæ & cum principiis lumenis naturalis convenienter, non sunt sensus Scripturæ literalis; hic enim revelatus est & *Geóneus*. Multæ earum pertinent ad fundamentum salutis, ut, DEUS est misericors, omnipotens &c. non tamen quatenus naturales aut naturâ notæ, sed quatenus in eum finem à Spiritu S. revelatae, ut homo salutis per earum notitiam fiat particeps, sive ut loquitur Barbarus, quatenus in illis sensus Scripturæ literalis dominatur: Hic enim Spiritus Sancti sensus est. Identitas est inter veritates naturales & revelatas ratione objecti: at præter principiorum

co-

cognoscendi diversitatem in perspicuitate, ad aquatione conceptus objectivi, virtute & effectibus, ingens discrimen est. Ipse Barbarus concedit, non esse gratiam à literali sensu excludendam, & illum ex concursu DEI supernaturalis esse spiritualem. Cur ergo nudè naturalem fingit, cum nullus sit sensus Scripturæ literalis, cum quo, si apprehenditur, gratia Spiritus Sancti, non sit conjuncta? Gal III. 2. Evidem sapientissimô DEI consilio factum, ut pleraque à sanctis viris consignata, cadant in intellectum naturalem, ne homines, si nihil eorum intelligerent, à lectione & auditu verbi divini arcerentur. Hinc ab iis etiam initium faciunt suarum concionum Apostoli, quando gentibus verbum DEI annunciant. Act. XIV. 14 — 17. XVII. 24. seq. Quicquid tamen etiam *animalis homo* ex iis capit, ut saltem veritatis naturâ notis & historiæ fidem habeat, præcipue in circumstantiis credulitatem humanam supergressis, multò magis quicquid veri in mysteriis divinis apprehendit & credit, non solis viribus naturæ & beneficio luminis naturalis, sed vi luminis, literali sensui Scripturæ insiti, supernaturalis & gratiæ concurrentis, ac intellectum naturalem elevantis capit ac intelligit, etiam si scriptori divino, ut viro bono, aut parentibus & præceptoribus, quorum informatione illa mysteria didicit, fidem suam accommodet. Nam ut his etiam credat, oportet eum mysteria illa non *pro mera stultitia* habere. Id vero si posset sine gratia, dicta Pauli 1. Cor. I. 23. II. 14. tot exceptiones paterentur, quot sunt & fuerunt, & adhuc erunt irregeniti Ecclesiæ Ministri, quos Novatores pro merè naturalibus hominibus reputant.

VIII. EXCIPIUNT, questionem non esse de revelatione sensus literalis, an homo corruptus verbum DEI ex se possit aut potuisse ex cogitare, vel voluntatem DEI nosse citra revelationem; sed an ante conversionem verbum revelatum, immo & jam prædicatum (ad eoque & lectum ac meditatum) possit rectè, dignè & spiritualiter intelligere? hoc est, quod rectè negatur. Antibarb. p. 32. Veritates illas supernaturales esse in Scriptura, sed non impio revelatas. R. Ita (1) Barbarus cum Smilzio Sociniano egregiè consonat, contra Franz. Prof. Disp. in A. C. scribente: Paulum 1. Cor. II. 14. loquitur tanum de ratione humana, divina revelatione nondum illustrata, ideoque de omnibus

ratione humana, etiam ea, quæ à DEO ILLUSTRATA est,  
 (die nec angestrahlet ist / ut loquitur Spenerus) male pronunciari  
 effatum Paul. ad. m. Idem Disp. 8. verba Pauli 1. Cor. II. 14. ita ex-  
 plicat: Ad cognoscendum ea, quæ Evangelium continet, opus esse re-  
 velatione: neminem enim, quantumvis sit ingeniosus & virtutis aman-  
 tissimus, unquam ea NB. per se excogitare posse, quæ DEUS revelavit.  
 Ejusmodi nudam revelationem & manifestationem objectivam  
 etiam Pelagius intelligebat, cum fateretur in publica synodo:  
*Ineffabilis dons gratiæ illuminari hominem.* &c. Vid. D. Hülsemann.  
*de aux. grat.* p. 250. ab ipso Barbaro citatum in *Antib.* p. 288. &  
 Dn. D. Breith. in *Nervis Pelagian.* At verò quæ DEUS suis ama-  
 nuensibus revelavit, eorum operâ etiam revelat Scripturæ le-  
 ctoribus, revelatione tamen non ineffaci. Revelatio fit per signa  
 tam externa, quam interna. Externa, sunt literæ & vocabula Scri-  
 pturæ; interna, species sensiles & intelligibles. In his itaq; signis,  
 tam externis quam internis, lumen Divinum ac supernaturale  
 est veritas revelata. 2. Petr. 1. 19. Jam cuicunque menti per spe-  
 cies intelligibles in lumine divino eadem verba Scripturæ  
*Geometrus*, eadem in illis significata veritas mysteriorum divi-  
 norum, quæ vita & spiritus sunt, actu repræsentatur, illi etiam  
 veritas à Spiritu Sancto est revelata, æquè ac in ipsa Scriptura.  
 Quod enim lumen est, id etiam se ipsum & doctrinas quas  
 collustrat, homini manifestat, Epb. V. 13. At menti impiorum  
 eadem verba eademque veritas Scripturæ *Geometrus* supernatu-  
 ralis, per species & conceptus Scripturæ conformes, beneficio lu-  
 minis divini verbo ἐν Φύτῳ insiti, repræsentatur. E. etiam im-  
 piis veritas supernaturalis à Spiritu Sancto revelata est. An  
 verò dicendum, impium per illam veritatem, quam ex verbo  
 Legis & Evangelii animo suo concepit, non posse converti, sed  
 expectandam esse aliam revelationem veritatis verticordiæ,  
 quam quæ facta est in Scriptura? Nemo id dixerit, nisi Fana-  
 ticus. (2) Quando Barbarus statui controversiæ addit *rectitudi-  
 nem & dignitatem notitiae*; non disputat de solo conceptu & actu  
 ex revelatione res mysticas apprehendendi & intelligendi; sed  
 etiam de fide salvifica, quæ unica rectitudo & dignitas spiritualis  
 est omnium actionum regenit, quatenus talis; quæ perpetua  
 est ignoratio elenchi, & barbara rerum confusio. IX.

IX. OBJICIUNT (1) 1. Job. II. 4. Job. XIV. 21. 1. Cor. II. 4.  
*Rom. II. 20. 2. Tim. III. 5.* ubi Spiritus S. ipse magnum discrimen  
*sensus literalis* in notitia regenitorum & irregenitorum ostendat:  
 In his tantum μόρφωσιν; in illis etiam δύναμιν esse. Resp. (1) 1. Job.  
 II. 4. Job. XIV. 21. fides & hypocrisis hominis, suam notitiam  
 pro vera salvifica fide jactantis, 1. Cor. II. persuasoria sapientiae hu-  
 mane verba, quibus Orationes Sophistarum & Disputationes Phi-  
 losophorum gentilium turgebant, & demonstratio Spiritus ac po-  
 tentiae in verbo Evangelii; non spiritus & litera, non veritas spi-  
 ritualis & literalis in ipso DEI verbo aut in notitia regenitorum  
 & impiorum sibi invicem opponuntur. At literalem sensum  
 Scripturæ, & descriptiones externas Mysteriorum seu analogiam  
 fidei secundum externam descriptionem, cum persuasoriis sapientiae  
 gentilis ac diabolicæ, in qua stulti facti sunt, Rom. I. 22. sesqui-  
 pedalibus verbis & hypocrisi hominum, qui comparare non ve-  
 retur, parùm abest à blasphemia. (2) Rom. II. 20. Paulus non  
 separat δύναμιν à μόρφωσι ἀληθείᾳ in conceptu Doctoris impii;  
 sed ipsi manifesto tribuit lumen veritatis verbo insitum, & à  
 quo ipse lux dicitur in tenebris versantium, aptusque & ido-  
 neus redditus, non tantum alios, sed & semetipsum docere, & veri-  
 tates Theologicas ita intelligere, ut possit τῷ Λοφέργῳ δοκι-  
 μάζειν. (3) 2. Tim. III. 5. μόρφωσις non est ἀληθείᾳ, ut Rom. II. 20.  
 sed ψευδίσεως, nec notat τύπον doctrinæ Evangelicæ divina  
 virtute carentis, sed τῷ φόνῳ simulata pietatis, virtutem verbi in  
 malis operibus abnegantis, & ἐνέργεια in conversione malitiosâ  
 repugnantiâ impedientis. Ecce mysticum interpretem! Qui  
 ponit lucem in tenebras! Vx autem illi! Esa. V. 20.

X. OBJICIUNT (2) Truncum esse aut brutum, qui si non  
 ipsam propositionem mysticam, nec etiam ejus explicationem per media  
 hermeneutica inventam caperet. Resp. Interpretatio dicti mystici  
 pertinet ad ea, quæ sunt spiritus DEI, & animali homini mera stul-  
 titia. Ea verò hominem omni lumine supernaturali destitu-  
 tum, quantumvis Aristotele acutior & Platone sit judiciosior,  
 per solam hermeneuticam naturalem posse suis propriis viribus, sine  
 gratia DEI revelante, & illuminante, capere, qui affirmat,

E

Spi-

Spiritum Sanctum mendacii arguit, nec *truncō* erit sapientior. Fateor enim cum tota orthodoxa Ecclesia, *hominem naturalem in ejusmodi propositionibus & earum literali sensu capiendo & intelligendo veluti truncum esse*, eo tamen discrimine, quod *cum sit creatura rationalis, habeat capacitatem quandam remotam & obedientiam, ad actus gratiae sensum ejusmodi literalem revelantis, recipiendos, seu non ad ipsam conversionem, sed saltem ad media conversionis, uti eam cum D. Osiandro celeberrimus Dn. D. Grapius Comp. Theol. exponit p. 130.* qualis in *truncō* non est; non tamen confundenda cum potentia cognoscendi supernaturali proximā & passivā, sed à vita verbi, quoties illud irregenitus attente meditatur, actuandā, ut illud sine errore apprehendat, & apprehensum intelligat.

XI. Cūm videant adversarii, sententiam suam *lubrico niti fundamento*, operam dant omnem, ut *similitudinibus* faciant verosimilem. Ita Dn. Köpken *discrimen inter sensum merè literalem seu inefficacem & sensum spiritualem* seu efficacem ostendit in eo, qui artem *μετωποσκόπης* callet, & in alio eā carente. *Quod ille tantum ex facie externa hominem cognoscere, & ab aliis discernere; hic per ejus intuitum quoque de interioris animi affectibus & inclinatione judicare aptus sit.* Resp. Non de notitia, sed ejus objecto & conceptu quæritur, & sic comparatio esset instituenda (1) inter faciem externam hominis & sensum Scripturæ literalem. (2) inter animi humani interiora & sensum Spiritus Sancti spiritualem. Hinc facile fraus appareat. Spiritus Sancti sensus revelatus est velut facies DEI, partim in verbis Scripturæ, partim in conceptibus animi, ceu speculo renitens. 2. Cor. IV, 6. III. 18. adeoq; signum divinæ mentis planè certum & ineffabile; facies hominis autem plerumque fallit, nec nisi conjecturam præbet. Ille signum est mentis divinæ, quatenus revelatur exhibitivum, eamque animo nostro velut in speculo præsentaneam sifit; hæc sensus interioris & affectus humani tantum significativum. Ille vim habet illuminandi intellectū nostrum, ut in abdita divini consilii penetrare possimus; hæc artem *μετωποσκόπης* requirit, nec per se facultatem dat judicii, utpote per longam experientiam ante acqui-

acquirendam, quām ex faciei signis de interiori affectu judicare velit. Qui ergo faciem externam DEI in speculo verbi intuetur, simulac ejus imaginem in conceptibus suis sine errore repräsentatam habet, illi etiam datum est consilium DEI à seculo absconditum cognoscere.

XII. Virtutem verbi geminam & sensum Spiritus Sancti unā cum virtute divina à verbo separabilem idem Dn. Köpken similitudine illustrat ab igne & cæco petita, qui *ignis calorem sentit, lucem non videt*, cui D. J. M. Langius addit *discrimen inter faciem vivam & ejus imaginem*; inter mappam Geographicam & ipsas regiones Galliæ, quas oculatus testis vidit & peragravit; inter pannum, qui aquam intra se admittit, & qui cerâ obductus, ab aqua est impenetrabilis. Resp. (1) *Similia nisi rationem adaequatam & veritatibus inter se collatis communem, contineant, nihil probant.* Hac autem deficiente luculentissimo sunt argumento, adversarium tantum palliare suos errores velle, quos sufficienti demonstratione defendere nequeat. At h̄c est maxima in tertio comparationis dissimilitudo. In igne sunt simul *calor & lux*. At calorem percipere & lucem videre nemo potest una eademque facultate sentiendi: Visu enim lucem, tactu calorem experimur. Et cœcus, qui caret visu, sentit tantum calorem, non percipit lucem. Contra impius orthodoxus & verba & eorum sensum una eademque facultate intellectus, nec alia verba aut alium sensum, sed quæ verba DEI & signa divini sensus sunt, apprehendit. (2) Lux cœco, & regiones Galliæ in mappa & facies in imagine eam insipienti actu offerri & oculis repräsentari non possunt per species sensiles; at intellectui impii verba & eorum sensus divinus actu exhibentur per species intelligibiles & ideas impressas Scripturæ sacræ congruas. Sunt enim signa, ut adversarii negare non possunt, non merè significativa, sed etiam *exhibitiva*. Adde, quod faciem DEI in hac vita non aliter ac in *imagine speculari* videre liceat. 1. Cor. XIII. 12. 2. Cor. III. 18. Exod. XXXII. 20. (3) Lux & calor non possunt cœco corporis oculos, nec aqua panni poros cera obductos, ut *lux & virtus verbi divini impio mentis oculos aperire, & in ipsius cor intimè penetrare*. (4) Si homo sanis & apertis

oculis dormiat, aut deliquium animi patiatur, recipit in pupilla lucis & colorum imaginem, per quas et si actu non videat, videre tamen potest, si ad se redeat. Quis autem dixerit, ideo quia dormiens apertis oculis non vider, imaginem luminis actu esse à luce & virtute illuminandi separatam, aut separabilem? Sic qui tantum verba sine sensu apprehendit, tamen apertis luce divina oculis ex illis verbis sensum capere & intelligere potest, nec alium, nisi Spiritus S sensum. Job. II. 22.

### PROPOSITIO SECUNDA.

**N**eque Scripturæ sacræ sensus, neque virtus illuminandi ac regenerandi, est emanatio ex DEO, aut mera creatura; sed *illa imago sensus divini infiniti* per certa signa menti nostræ repræsentata; *hæc* verò ipsa Spiritus Sancti increata virtus, sensui, ejus revelato inseparabiliter communicata.

#### I.

**D**Spenerus ut ostendat, Scripturam S. seu verbum DEI revelatum meram creaturam esse, docet sensum ejus esse emanationem ex DEO (ein Ausfluss aus Gott) prefat. in R.R. §. 5. Et passim alibi scribit, cum verbo prædicato emanare aliquam vim (occultam) ex animi concionatoris fidei & charitatis plena in corda auditorum, ut sentiant ipsius zelum. Glaubens-Lehre p. 245. Omnium creaturarum (& sic etiam verbi divini, quod ei mera creatura est) essentias & virtutes, nec non vitam & vires spirituales fidelium perpetuas esse emanationes ex DEO. I.c. p. 1129. in Ep. ad Galat. p. 921. Conc. Funeb. P. 3. p. 8. P. 5. p. 14. (ubi ait: Christum esse animam interioris hominis, quia ejus vita perpetua est ex ipso emanatio) Vid. P. 9. conc. fun. p. 42. Lebens-Pfl. P. 1. p. 504. Ubereinst. P. 2. A. 4. th. 7. & 8. Fidem (non tantum actum fidei, sed etiam vim credendi spiritualem) nihil aliud esse, quam verbum à credente apprehensum, vir-

*virtutem & lucem ex DEO.* Conc. Fun. P. 3. p. 7. *Gewissens-Frucht/*  
*p. 54.* Distinguit tamen inter *emanationem ex DEO*, & *ex DEI*  
*essentia*, ne forte videatur suâ doctrinâ mysterio S. Trinitatis  
 vim inferre. *Prefat. in Theol. Myst. Köpken.* Adde Billige Antwort  
 (quam Spenerus prologo galeato communivit) n. 21. p. 57. 58. 59.  
 Nec Dn. Balt. Köpkenius aliter sentit, virtutem verbi divini, ex-  
 pressè scribens *non nisi creaturam & emanationem esse ex DEO.* R. R.  
 c. 2. p. 104 — 106. Quod mysterium fanaticum omnium claris-  
 sunè exposuit Arnold. *Berklärung J. C.* p. 469. *Quando sancti ho-*  
*mines, inquiens, manum imposuerunt aliis, hac externa aetione co-*  
*rum interior homo ex sua ubertate (aus seinem Überfluß) certas vires*  
*spirituales in alios derivat & propagat: & hanc esse putat commu-*  
*nionem spiritus inter membra vera Christi, & οὐχος ας spiritus Christi.*  
*Phil. 1. 19.* Vid. Ejusdem Richtigster Weg durch Christum zu Gott  
*p. 16. 77. 79.* Democrit. *Wein und Dehl* p. 257. *Wegweiser zum*  
*Liecht* P. 1. p. 90 — 102, & conf. Dn. D. Senftii *Stockblinder Weg-*  
*Weiser* p. 411.

II. Ejusmodi *emanationes divinas* Zirold. *Intro. ad Hist. Eccles.*  
*c. 3. §. 37.* invenit, & Juventuti Scholasticæ tradidit in *arbore Ca-*  
*balistica* Judorum priscorum, quos in primo ordine per *tres Sep-*  
*binas*, i. e. *emanationes*, tres personas divinitatis, in reliquis  
 (decem namque *Sepbinas* numerant) *septem illos Spiritus conam DEI*  
*ibrono apparentes*, *Apoc. 1. 4.* intellexisse somniat. Alii vero ipsas  
*ideas Platonicas* esse autumant, quas illi Philosophi ex hac do-  
 ctrina Cabalistica acceperint, & mundum suum *idealem* seu intel-  
 ligibilem, quem Cabalistæ *emanatum* vocant, inde extruxerint.  
 De quibus mysteriis luculentum commentarium scripsit Dn. D.  
 Buddæus in *Philos. Ebreor.* & Henric. Morus in *Catech. Cabalist.*  
 Hinc DEUM Ziroldus statuit *Lucem propriè dictam esse, velut essen-*  
*tiam omnium essentiarum.* Orthodox. p. 25. cuius *emanatio lux illa*  
*verbi ac fidei sit, de qua Spenerus II. et. Judaicam illam Philo-*  
*sophiam plus vice simplici in horum mysteriorum explicatione*  
*laudans, Pref. in Tabb. Hodos. & Thal. Christenth. P. 2. Dom. III. Trin.*  
*p. 136. Prefat. in Theol. Myst. Köpken. P. 2. Conc. paenitent. p. 397.*

III. Ziroldus etiamsi videatur fateri virtutem infinitam,  
 cum verbo in *actu primo* conjunctam esse, illam tamen conjun-

ctionem ex DEI concurso supernaturali derivat, non ex intima & inseparabili unione cum Spiritu S. Syrop. 214. 215. 208. illoque concurso verbis NB. elevati ait, *ad testificandum ac se in et ipso A. I. th. 9. p. 153.* Unterscheid / c. 6. §. 5. p. 117. & p. 75. ubi negat virtutem illuminandi cum verbo scripto & prædicato esse unitam. Hinc nos horrendæ idolatriæ accusat, ut jam supra monitum. Untersch. p. 86. 75. Syn. p. 214.

**IV. Nota.** Fanatici emanationes divinas partim res ipsas vocant, ex DEO emanantes, partim DEI operationes, prout à creatione strictè dicta & productione creaturarum materialium, earumque generatione distingvuntur. Vid. Dn. D. Buddenum l. c. Wächter. in Spinozismo & Elucidario. *Emanatio* itaque illa, si de motu divino eam exponas, in genere tria formaliter involvit, originem rei ab alio, continuum fluxum & nexus communionis cum re, è qua emanat. Eaque vel interna, vel externa est. *Interna*, qua res, quæ emanat in subjecto, ex quo procedit, intimè manet, nec ab eo separatur, ut duæ Personæ Divinitatis, quarum duæ sunt emanationes, generatio & spiritus. Patrem enim vocare Sephiram & emanationem, ἄλογον οὐδὲ ἀγέλογον, & tamen Democritus ille larvatus expressè ait, tres personas Deitatis, esse tres emanationes (drei Ausflüsse). Vid. Glaubens-Befähtniß & Wegweiser. Quodnam vero illi homines cerebri idolum ac monstrum in S. Trinitate adorent, ipsi sciverint. Nobis hæc valde suspecta sunt, præsertim cum scripta Poiretti, quem nōrunt, manifestum esse Anti - Trinitatum, non perfunctoriè suis discipulis commendent. (Emanationibus internis proximè accedunt accidentia, potentiae humanæ animæ, qualitates per naturalem resultantiam, ut loquuntur Philosophi, ex subjecto suo oriundæ, quæ vulgo etiam *Entia per emanationem* dicuntur). Externa vero emanatio est, qua res emanantes, seu ut Henr. Morus loquitur, Res emanatae diffunduntur, ut quidem in ipso subjecto, cui originem debent, immediatè non existant, tamen ex illo continuò fluant, & cum sua origine ejusmodi nexus habeant, ut ejus influxu cessante, aut impedito, etiam res ex illo prodeentes pereant, aut potius in suam originem redcant ac retrahantur. Cujusmodi lumen Solis est per aëra diffusum. Et ad ejusmodi emanationes externas videtur Spenerus (quod illas negat, ex essentia Divina emanare) sensum & virtutem verbi di-

divini, viresque hominis regeniti referre, & eo sensu Ziroldus DEUM vocare lucem propriè dictam & Ensoph Cabalisticum, seu infinitum Ens emanativum, è quo tamen non tantum externas, sed etiam internas emanationes Personarum divinarum, non sine summo scandalo studiosæ juventutis, derivat. Sed hæc alio pertinent, in Articulo de SS. Trinitate accuratiūs requirenda.

## DEMONSTRATIO.

**CONCL I.** *Sensus Scripturæ S. non est conceptus DEI infinitus, sed ejus imago.*

I. **H**Anc conclusionem præmittere cogimur, partim ut diluamus calumniam Ziroldi, nobis Magicam Διαθέων Scripturæ tribuentis, qua statuamus literam, seu literalem sensum esse DEUM, partim ut Barbari sententiam dubiam exploremus. Nam quoniam sensum DEI cum signis libri divini UNIRI censet, loc. præced. propos. cit. non videtur aliud quam DEI sensum infinitum intelligere, qui æquè ut Spiritus S. ipse & virtus increata cum verbo suo concurrat & conjugatur. Veram enim & propriè dictam unionem, & inde resultantem virtutis divinæ veram communicationem à verbo revelato inseparabilem, si cum suo Spenero consentit, nunquam admittet. Nos negamus Scripturæ sensum esse DEI conceptum infinitum, (1) Quia est extra DEUM & ejus essentiam per certa signa revelatus, & in iis, non ut nudum signum, sed ut *imago* spiritualis & *expressio*, quæ rei significatæ, si non adæquate saltē exactè similis sit, virtualiter existens, modo tamen *spirituali*, sed *finito*, *representativo* & *menti creatæ convenienti*, quo in ipsa per *species impressas* exprimi apta est. (2) Verbum DEI est *speculum*, in quo illa *imago* resplendet. 1. Cor. XIII. (3) & per modum *specularem* nostro intellectui faciem & gloriam Christi depingit. 2. Cor. III. 18. IV. 4. 6. Gal. III. 1. (4) Sensus Scripturæ augeri & clariūs ac magis distinctè proponi & explicari potuit, per libros biblicos à Prophetis & Apostolis additos. Id verò de sensu infinito DEI quis dixerit?

**CONCL.**

**CONCL. II.** *Verbum DEI scriptum & prædicatum virtutem habet infinitam illuminandi, regenerandi & salvandi homines, non ex solo gratiæ concursu, sed vi unionis mysticæ cum Spiritu Sancto insolubilis intimè ipsi communicatam.*

**H**ujus conclusionis confirmationem satis prolixam invenies in B. D. Quenst. System. P. I. c. 4. Secl. 2. quam & in Synopsi summè Reverendi Dn. Presidis, quo libello nihil utilius, nihil magis necessarium hodiè Ecclesiam evangelicam vidisse, ipsi comprobant Fanatici, omnes Hierarchias perditè turbantes, dum illum angye & peste magis detestantur. Nos argumentorum, quæ ll. cc. adducuntur, momenta breviter in hoc discursu colligimus. (1) Quod *requisitum essentiale verbi revelati est*, ita ut sine eo verbum DEI nec dici, nec esse queat, id verbo illi oportet inseparabiliter inesse. At verbi divini *requisitum essentiale est potentia seu virtus DEI salvifica*. E. virtus illa DEI increata verbo divino revelato inseparabiliter inest. *Minorem probamus ex Rom. 1. 16. Evangelium est potentia DII salvifica*, quam sententiam Christus sic enunciavit: Job. VI. 63. *Verba, quæ loquor, sunt spiritus & vita*, hoc est potentia Spiritus Sancti supernaturalis & vivifica. Has propositiones proprias & essentiales esse, ipsa loquendi ratio abstractiva docet. Non enim verbum DEI tantum efficax & vivum dicitur, Ebr. IV. 12. sed etiam DEI potentia, ipsa vita. Sic DEUS dicitur esse ipsa veritas, ipsa lux, ipsa charitas; quæ propositiones etiamsi secundum nostrum concipiendi modum ad paronymicas referamus, addimus tamen, formam dicendi abstractivam indicare, quod illa attributa DEI realiter sint ipsa DEI essentia, ut sine illis DEUS verus nec dici, nec esse possit. Vid. Bernhard. in Cant. serm. 80. c. 7. D. Rappolt. in 1. Job. IV. 7. 8. perism. 3. & Scholasticos paßim in Thom. I. P. q. 13. a. 4. Tanner. Theol. Scholast. D. 1. q. 2. dub. 7. Thomas in T. I. l. 3. c. 13. dogm. Theol. (2) Quod verbum DEI *potentia est salvifica & vivifica* propter unionem cum Spiritu Sancto inseparabilem, illi etiam virtus infinita est à Spiritu Sancto inseparabiliter communicata.

Ra-

Ratio est, quia nulla alia virtus, nisi increata, nos vivificare, regenerare, renovare, ac salvare potest, fatente Ziroldo Syn. Art. 3. th. 5. p. 211. Inter quæ autem vera & intima unio, inter ea est vera & propriè dicta communicatio. At verbum DEI est ejusmodi potentia salvifica & vivifica; quas operationes sibi Spiritus Sanctus appropriat. Job. III. 5. Rom. II X. 14 — 17. Tit. III. 5. Nisi vero is inseparabiliter esset cum suo verbo unitus, nec illud posset virtus ipsa DEI increata esse. Nam quocunque momento Spiritus Sanctus separabilis est, aut actu separatur à verbo, eo momento virtus ejus salvifica non est de essentia Evangelii; quod tamen falsum esse, priori argumento evictum. Hinc ubicunque verbum DEI legitur & auditur, etiam cum illo effunditur Spiritus S. Act. X. 44. Joel. II. 28. Gal. III. 6. collat. cum Eph. V. 26. Jacob. I. 18. (3) Non igitur à solo DEI aut gratia divine concursum, verbum DEI est, & dicitur virtus salvifica. Sic enim extra usum, in quo gratia DEI concurrit, non esset DEI verbum; quem tamen errorem tota Ecclesia Evangelico-Lutherana unanimi consensu confutavit. (Vid. Witeberg. Theol. Univort c. Spener. P. I. A. 4. th. 1.) nec approbare audent dissentientes, Zirold. Art. 3. Synops. th. 5. Köpken. R. R. p. 63. q. 4. Ipse Spenerus præf. R. R. §. 6. & Utereinst. A. 4. thes. I. (4) Habemus Ziroldum ὁμόψηφον, qui aperte, sed nec sine manifesta contradictione fatetur, verbo DEI SEMPER unitam esse & communicatam virtutem DEI infinitam. Unterscheid / c. 5. n. 4. p. 99. nec Spiritum Sanctum posse à verbo suo separari. Ib. p. 101. Nisi fortè per verbum intelligat sensum DEI infinitum, & inter ea conjunctionem somniet, quæ realiter eadem sunt.

II. OBJICIUNT: Verbum DEI esse aeternum: Scripturam vero posse discindi ac comburi, sonum verbi predicati in aërem evanescere. Resp. (1) Verbum DEI revelatum (nec enim de ἀεχετύπῳ, sed ἔκτυπῳ λόγῳ disputatur) aeternum est in statu suo fundamentali & objectivo, ratione veritatum & conceptus divini infiniti, quem exprimit; non in statu suo ideali ac repræsentativo, & quatenus revelatum est. Sic enim in tempore, non ab aeterno, cœpit revealari. (2) Signa pereunt divini sensus, & cessat ille cum

F

vir-

virtute sua existere in scripto, quod comburitur, & in fono prædicationis, qui evanuit. Sed quamdiu verba illa in contextu suo cohærent & leguntur, quamdiu in fono prædicationis audiuntur, tamdiu sunt & manent verba DEI se revelantis, & ejus mentem humano intellectui significant & representant. Etsi pereunt ac evanescunt illa signa; sunt tamen alia scripta, & conceptus seu notitiae creaturarum rationalium, in quibus sensus divinus revelatus conservabitur: in illis quamdiu mundus persistet, in his quoad futuræ sunt creaturæ, quibus Deus suam essentiam & voluntatem revelabit in omnem æternitatem.

III. Ziroldus nos *Idolatriæ & Magiæ* accusat, quod ex verbo **externo** Spiritum Sanctum faciamus, ex Scriptura & litera **DEUM**, dum verbum DEI & virtutem ejus infinitam *subjectivè physice*, & ut vim aliquam magicam includamus signis externis, & creatæ literæ; quemadmodum ignis suum calorem aquæ communicat, aut vis nutriendi inest pani, aut anima unitur & communicatur corpori; qua comparatione nos ipsi utamur, & sic omnipotentiam divinam naturalem potentiam esse credamus, quæ verbo formaliter & subjectivè insit. Resp. Hæc manifesta & ridicula calumnia est. (1) Nos dicimus, verbum DEI in plena sua definitione, prout *materiale & formale* includit, non esse meram creaturam, sed potentiam DEI salvificam. (2) Illamque verbo non *physicè* inesse, (ubi enim hæc Sophista in nostris scriptis legit, in quâ paginâ, in quâ lineâ?) sed supernaturali & nobis inperscrutabili modo: non *subjectivè*, sed *συνδυασικῶς*: nec solis literis aut syllabis, sed *toti composto*, quod ex litera & ejus sensu spiritualiter literali constat, ita communicari, ut verbum illud eosdem effectus supernaturales, quos ipse DEUS producere possit, diverso tamen operandi modo, quia Spiritus Sanctus *principaliter*, verbum *organicè* agit & operatur. (3) Unde quid ad sophisma: *DEUS est ipsa potentia infinita & salvifica. Evangelium est illa DEI potentia.* E. *Evangelium est DEUS*, respondendum fit, facile patet. *DEUS enim est per essentiam suam*; *Evangelium, per communicationis gratiam virtus salvifica.* In DEO potentia *absoluta*; in verbo tantum ordinata: illa se ad omnia extendit; hæc tantum verbo ad illuminandum, regenerandum & salvandum hominem com-

communicata. Non itaque verbum DEI est ipse DEUS, sed  
 n̄ r̄d̄ Θε̄s i. Cor. II. 14. (4) Similitudine eadem utitur Spenerus  
 Glaubens-L. p. 248. Num & is idololatra? Comparatio autem  
 non in virtute operandi, quæ verbo & quæ ac homini in unione  
 corporis & animæ fit naturalis & subjectivè communicata; sed  
 in separatione unitorum instituitur, qua admissa, nec homo verus  
 homo, nec verbum, DEI verbum erit. Num suæ mentis est,  
 qui ob ejusmodi similitudinem adversario suo idololatriam &  
 magiam imputat? Quæ autem major potest esse calumnia?  
 quæ virulentior injuria?

IV. Verbum DEI est causa instrumentalis, inquit Dn. Köpken.  
 E. habet virtutem creatam, quæ elevatione eget. Resp. Petit princi-  
 piū. Non est instrumentum propriè dictum, quod ipsa virtus DEI  
 est, nullaq; elevatione eget: quando autem Spiritus S. causa di-  
 citur principalis, verbum minus principalis, significatur non  
 virtus, sed modus operandi diversus.

V. Scripturam tantum unionem personalem nosse, qua DEUS  
 & creatura, filius DEI & homo fiat unum compositum. At ex Spiritu  
 Sancto & verbo revelato unum quid fieri, ut virtus DEI infinita literæ  
 aut sensu literali subjectivè insit, hactenus in Theologia & Philosophia  
 inauditam esse doctrinam. Resp. (1) Ex Christo & regenito fit unus  
 spiritus, i. Cor. VI. 17. unum compositum mysticum, non una  
 persona. Habes ergo præter unionem personalem, in Theo-  
 logia exemplum compositionis (analogicè sic dictæ) qua DEUS  
 cum creatura se unit, ut tamen non fiat una persona. (2) Ex  
 verbo DEI & ejus essentiali virtute non fit unum personale;  
 compositum tamen aliquod mysticum, quod imitatur totum  
 essentiale. Est enim potentia DEI de essentia divini verbi in  
 toto suo definitivo complexu considerati. (3) Subjectiva inexistentia  
 virtutis divinæ in verbo jam explosa est. Quid vero? dum  
 Köpken. R. R. c. 2. n. 17. ipse statuit, esse in verbo vim aliquam rege-  
 nerandi finitam & à DEO in verbo creatam, num dicet, illam vim  
 esse in verbo subjectivè? Eritne accidens alterius accidentis  
 subjectum inhæsivum? Hoc nimirum esset anerga in Philo-  
 sophia inauditum.

**CONCL. III.** *Sensus & virtus divina verbi revelati  
non est emanatio ex DEO.*

**I.** *Q*uia (1) nec Scriptura sacra, nec antiquitas orthodoxa ita loquitur. Nobis commendata ἀπόπειρας υγιανόττων λόγων, 2. Tim. I. 13. & ex prescripto loquendum est. (2) Neque sensus Spiritus Sancti, neque virtus ejus est in verbo per modum emanationis, sed ille per modum representationis, qualis est imaginis in speculo, 1. Cor. XIII. 12. hæc autem per modum communicationis, ad operationes divinas & supernaturales effectus producendos. (3) Nulla ratione concipi potest, quomodo id, quod in DEO non est (nisi velimus essentiam ejus simplicissimam componere) ex DEO emanet, & si res creata illa sit, nec tamen pro substantia, nec pro accidente haberri possit. Nam si substantia est illa res emanans, etiam sensus Scripturæ & vires credendi ac amandi, spirituales erunt substantiæ; quo nihil absurdius cogitari potest. Sin vero accidens; non potest esse in DEO, à quo emanat, (in DEUM enim, ut rectè Ziroldus, non cadit accidens) nec in literis ac syllabis Scripturæ, aut in fono prædicationis; quia accidens non est in accidente, ut subiecto inhæsionis: aut dicendum erit, chartæ & aëri vim illam regenerandi subjectivè inesse: quomodo vero à subiecto uno in aliud, à DEO in verbum, chartam & aërem, ex verbo in eorū hominis, ex corde ejus in aliorum animos migrare potest? Dum enim migrat, cessat sine subiecto, i. e. accidens esse. At simile quid, inquiet in Lumine cernitur; DEUS autem lux est. Resp. An DEUS lux propriè dicta sit, alibi οὐδέποτε disquiretur. Recentior physica lumen non accidens, sed substantiam esse docet. Vid. B. Kirchmayeri *Phosphorus*. (4) Nec operatio verbi emanatio ex DEO, sed nova creatio est. Ps. Ll. 12. 2. Cor. IV. 6. V. 15. Epb. II. 10. (5) Emanat Spiritus Sanctus à Patre & Filio: sed hæc actio in sinu divinitatis terminatur, & accuratè distingvenda est ab effusione Spiritus Sancti super homines & in eorum corda, quæ non fit per modum emanationis, (nisi velint dissentientes socrinizare. Vid. B. Calov. *Scripta Germ. Anti-Soc. p. 121.*) sed communicationis; nec imme- diatè

diatè ex ipso DEO, sed per medium verbi. Quando ergo Spiritus Sanctus & cum eo amor DEI infinitus in nostra corda effundi, Rom. V. 5. & verbum Evangelii ἐκ κοιλίας, seu corde nostro in aliorum animas scaturire, Job. VII. 38. ipsumque verbum inde à Philone, Sap. Sal. c. VII. 15. 26. (nisi Platonizat) απόρροια Metaphorice dicuntur, ejusmodi locutiones non modum emanationis, sed ex parte Spiritus Sancti modum specialis ac propinquioris præsentiae & unionis, quam extra finum SS. Trinitatis in cordibus nostris intimè fieri credimus; in verbo autem modum revelationis, communicationis & efficacis influxus cum fontis seu principii & fructuum copiosorum connotatione exprimunt, Deut XXXII. 1. 2. Ps. LXIX. 10. Rom. V. 5. Job. VI. 13. 14. VII. 37. 38. Tit. III. 6. (f) Repeto hic, quæ alibi fusius dicta sunt. Cum ejusmodi nova formæ loquendi in Scriptura & nostra Ecclesia hucusque inusitatæ, cum quibus plerumque & nova dogmata, judice Magno Chemnitio, in Ecclesiam invehuntur, & infinitas disputationes pariant, Tit. III. 9. 2. Tim. II. 14. 16. 17. 22. quantumvis possint fidei ἀναλόγως explicari, & in Theologis, quorum doctrina non est suspecta, cum per emanationes actiones DEI externas immanentibus oppositas, non autem vires ex DEO emanantes intelligant, excusari; quia tamen data opera ab iis adhibentur, qui Enthusiasmo & Platonicorum & Cabalistarum fanaticis deliriis favent, eaque per ejusmodi locutiones in Ecclesiam Evangelicam introducere allaborant, de quibus certum nobis est, quod ad Magiam illicitam, Trinitatem Platonicam, & ἀπόγεων animæ Ethnicam & Judaicam, quæ ab ejusmodi virtutibus & numeris emanativis ex DEO, animamq; secum in primam sui originem rapientibus pendet, inter Christianos per mysticæ Theologiæ Doctores (\*) propagandam, à Diabolo inventa, & hominibus suisque mancipiis suggesta sint; censemus omnino ab ejusmodi suspectis locutionibus, ut manifestis blasphemias Gentilium ac Judæorum, quibus præterea actiones DEI immanentes cum transuentibus, creator cum creature, virtus infinita cum finita, confunduntur, prorsus esse

F 3

absti-

(\*) Vid. Thomasin, Dogm. Theol. 1. 1. l. 3. c. 17. n. 5. 6. 7.

abstinendum. Recogitet pius Lector, quas turbas hisce deliriis de emanationibus gratiae, quibus se repleri jaetitabant, *feminae* *imae* fanaticæ in Gallia & Belgio dederint, & exhorrescit animus. Monatl. Unterted. A. 1698. p. 1206. sq. (6) Accedit, quod Adversarii his emanationibus regenerationem & renovationem tribuant, quæ cum non sint in irregenitis Ministris Ecclesiæ, nec quisquam per eos regenerari potest; quod ipsi etiam affirmare non dubitant. (Vid. incomparabilem Theologum Dn. D. Fechtium contra Dn. D. Breithaupt. invictis argumentis disputantem, *de notitia vera irregenitorum*) Nemo igitur potest de eo certus esse, an verum baptismum acceperit, nisi certus sit, se per manum Ministri regeniti eum accepisse; nec regenerari ac renovari, nisi per verbum à regenito prædicatum, cum quo ejusmodi spiritualis regenerandi virtus, *ex interiore ejus homine* & *anima fidei ac charitatis plena*, in corda auditorum effundatur; qui abominandus Fanaticismus & Donatianus est. Nec est, quod dicant: *Ministrum ejusmodi indignum equidem esse, & carere regenerandi facultate, hoc tamen asserto non negari DEUM per suum verbum ab eo prolatum regenerationis opus exequi: Ejus ministerium non detrahere divina institutioni & actui sacramentali virtutem suam.* Resp. Ita DEUS regenerat per sermonem Ministri, sermo autem irregeniti est imago mentis farragine idearum mortuarum repletæ. Unde ergo regenerandi vis in sermone, quæ non fuit in conceptibus, ex quibus loquitur. Num in effectu plus vitæ ac virtutis erit, quam in principio. Si DEUS & spiritus ejus, se non unit cum conceptu loquentis propterea, quia ipsi renititur, quis credet, DEUM se unire cum ejus sermone, qui multò est carnalior, quam idea Scripturæ sacræ conformis. Actus sacramentalis est actio Ministri impii. At hæc terrestris, carnalis, diabolica. Num per eam regenerabit DEUS; aut ejusmodi actui virtutem suam communicabit? Regenerat, inquires, per suum verbum. Resp. Sed ab irgenito prolatum. Aut alia erit actio irregeniti Ministri, qui aqua baptizat, alia DEI, qui ex spiritu baptisatum regenerat. E. non per verbum, quod profert Minister, sed immediatè ex se, è quo emanat virtus regenerandi. Uno verbo: Ultimum principium est Enthusiasmus, in quem tan-

tandem omnes illæ disputationes de verbo DEI & ejus operationibus atque effectis resolvuntur, ut *realis* & *experimentalis* sine ideis literalibus facta rerum spiritualium adstruatur *perceptio*, & non Minister, sed solus DEUS dicatur regenerare, contra Pauli effatum. Galat. IV. 19.

II. Objiciunt: *Si ex pii concionatoris anima non egreditur ejusmodi vis emanativa in auditorum animas penetrans, industria & studio edificandi populum, ad DEI gloriam & auditorum salutem, opus non erit, & sufficiet nuda verbi prälectio.* Resp. (1) Emanatio illa uti figmentum fanaticum, ita nec eo ad adificationem opus est. (2) Industria concionatoris piis meditationibus verbi ejusque ὁρογνώμων non emanationes ex DEO auget, sed *theatrorum sapientiae divinæ* ex verbo colligit, justaque & perspicua methodo proponit, quibus adificatur auditorium. (3) Non vis fidei ac charitatis creata ex anima concionatoris cum verbo ejus egressa, sed virtus ipsius verbi salvifica & infinita in corda auditorum penetrat, & efficit, ut ad salutem erudiantur. Ebr. IV. 12. Act. II. 37. (4) Nec illis fas est abdita sensu concionatoris observare, sincero an fucato zelo concionetur, sed ad verbum attendere, nec ex interno sensu emanativo, quo afficiuntur, sed ex verbo prädicato probare spiritus, utrum ex DEO sint. I. Joh. IV. 1.

III. Allegant (1) dicta Scripturæ, i. Job. I. 3. Phil. I. 19. Resp. Ab indeterminato ad determinatum non valet consequentia. Est communio inter Sanctos & Ἐπιχορία πεντεπάτῃ. E illa communio fit per modum ejusmodi emanationis. Cur non potius per unionem mysticam, qua Christus est caput, & Sancti membra unius corporis mystici, ut exponit Seb. Schmidius in h. I. Cur non mutuis in prædicatione & tractatione verbi divini operis precibusque pro se invicem, aliisque charitatis officiis? (2) Experientiam, quam qui non habeant, nec quicquam de his mysteriis sc. nosse & judicare posse. Resp. Commune illud Fanaticorum asylum est, quando scripturæ testimonia deficiunt, quibus in rebus spiritualibus nisi nitatur experientia, aut phantasie, aut Diaboli decipula est. Habeatis hæc mysteria vobis propria. Nos non desideramus, sed abominamur in hisce vestram

com-

communionem, & dicimus cum Luthero: Das Zeugniß ist euer Inwendigkeit / dem glaube der Rückspr. T. 3. Alt. p. 88.

I V. Hinc patet, quām absurdā sit negatio veritatis metaphysicæ seu essentialis in notitia irregenitorum Theologica, quod illa quidem sensus Scripturæ merè literalis, non tamen efficaciæ & vitæ divinæ ac spiritualis particeps sit. Ut enim de eo nihil dicam, absque hac efficacia salvam adhuc esse conformitatem notitiæ cum Scriptura & rebus divinis cognitis, quæ veritatem notitiæ Theologicæ essentialē formaliter exprimit; falsum est, conceptus illius notitiæ efficaciâ divina carere. Eo ipso enim dum continent sensū Scripturæ literalem, qui non nisi Spiritū S. sensus, & cum virtute ejus infinita inseparabiliter conjunctus est, non possunt non ipsam etiam efficaciam divinam participare.

Hæc sunt, quæ de principio notitiæ Theologicæ irregenitorum pro ratione temporis ac instituti commentari, & præcipue Barbaro ejusque duabus prioribus propositionibus, quæ præcipua ejus fundamenta sunt, & quibus disjectis vasta totius operis moles per se corruit, opponere visum fuit. Quicquid autem in hac tam intricata & difficillima doctrina scripsimus, iudicio Ecclesiæ, qua purior est, lubentes meritoque submittimus, non immemores dicti Apostolici: *Prophetarum spiritus Prophetis subjecti sunt.* 1. Cor. XIV. 32. Gratiias verò sapientiæ omnis Autori pro concessâ Gratia deuotissimas agimus, & adversariis nostris, ut meliorem mentem inspiret, Spiritui suo Sancto non repugnantibus ex animo precamur & piè ominamur.



## *Omissa & corrigenda.*

- p. 9. l. 4. *adde*: Ita verò statuunt Novatores. E. geminum  
verbum DEI docent aliud in regenito, aliud in irregenito.  
p. ead. l. 24. Mox p. 32. *adde*: Anti-Barb. l. 26. *lege*: *¶egvīpāit.*  
p. 10. l. 7. *lege*: *præter.* p. 21. l. 19. *lege*: *animandum.*

Coll. diss. A. 216, misc. 25